



**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguae Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](#)

U 11

23

Th. 5880.

y y
v

וְיַדְעָה

ROBERTI
BELLARMINI
POLITIANI,

Societatis Iesu;

S.R.E.CARDINALIS;

Institutiones linguae Hebraicæ,
postremò recognitæ, ac
locupletatæ.

Collegij Societ. SS. Iesu Paderbornæ.



APVD FRANCISCVM FABRVM.

M. DC. XIX.

SACRAE ADMONITIO AD LECTOREM.

¶



AS nostras
Institutiones
ad eam ratio-
nem, ac viam
redigere co-
nati sumus,
ut etiam sine

Præceptore vnusquisque per se
linguæ Hebraicæ , si non perfe-
ctam cognitionem, certè initia,
& rudimenta percipere posset.
Porrò ubicumque repereris ali-
qua characteribus Italicis im-
pressa , scito ea cùm minus ne-

¶ 2 cessar

cessaria , tum magis difficilia es-
se , quām vt à tyronibus initio
legi oporteat:quæ tamen, cæte-
ris anteà perlectis , sine
labore vlo intelli-
gentur.



INDEX CAPITVM PAR-
tis primæ, quæ est de ratione
legendi & scribendi.



De literis consonantibus. Cap. I. pag. I.

De punctis, quæ locum obtinent vocalium.

2.11

De semipunctis, id est, de scena, & punctis
raptis. 3.20

De daghes, & raphe. 4.26

De literis quiescentibus, & mappic. 5.31

De accentibus. 6.35

Partis secundæ, quæ est de Nomine.

De ijs, quæ nomini generaliter accidunt.

Cap. I. pag. 48

De variis nominum formis. 2.55

De nominibus numeralibus. 3.65

De pronomine. 4.69

Partis

Partis tertiarum, quae est de Verbo.

<i>De verbo in genere.</i>	<i>Cap. I. pag. 93</i>
<i>De verbo perfecto.</i>	<i>2. 100</i>
<i>De verbis defectiis.</i>	<i>3. 136</i>
<i>De verbis quiescentibus.</i>	<i>4. 153</i>
<i>De verbis compositis polysyllabis, & anomaliis.</i>	<i>5. 194</i>
<i>De affixis verborum.</i>	<i>6. 199</i>
<i>De literis paragogicis.</i>	<i>7. 212</i>

Partis quartarum, quae est de reliquis
partibus orationis, & de
Syntaxi.

<i>De Aduerbio, Præpositione, Con-</i>	
<i>junctione, & Interjectione.</i>	
<i>Cap. I. pag. 214</i>	
<i>De literis seruilibus.</i>	<i>2. 219</i>
<i>De investigatione Thematis, & usu Di-</i>	
<i>ctionarij.</i>	<i>3. 232</i>
<i>De Syntaxi.</i>	<i>4. 234</i>
	<i>Partis</i>

Partis quintæ, quæ est de Poëtica.

De Poëtica vniuersè, siue de Metris, &
Canticis recentiorum Hebræorum. Pa.

245

De syllabis, ac pedibus. Cap. I. pag. 246

De quibusdam versuum appellationibus.

2.248

De rhythmo versuum. 3.249

De locis rhythmi. 4.251

De carmine simplici, & composito. 5.256

De duodeuiginti generibus carminis com-
positi. 6.257

De figuris versuum Hebraicorum. 7.266

De coniunctione versuum diuersi generis,
& de cæsura. 8.275

Exercitatio Grammatica in Psalmum

XXXIIII. Pag. 278

INSTITVTIQ.
NUM LINGVÆ
HEBRAICÆ

pars prima.



CAPVT I.

De Literis.

IT E R AE Hebræorum,
quas ipsi וְנִנְיָא Othi-
joh appellant, omnes
sunt consonantes. Ea-
rum numerum & or-
dinem, qui ex Threnis Hieremiæ,
alisq; similibus Alphabeticis libris
colligitur, necnon figuræ, nomina,
& ipsorum nominum significatio-
nem, denique potestatem siue so-
num ipsarum, & quorum numero-
rum notæ sint, subjecta tabella indi-
cabit.

A Num.

PARS II. CAP. II.

Num.	Figū.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
1	א	aspiratio lenissima.	Aleph אֵלֹף	Quasi אַלְפִּי Alluph, id est, princeps, quod sit principium Alphabeti.
2	ב	B, Gracū, sive, v. cō- sonans.	Beth בֵּית	Domus, quod figura sua domum imitetur: summa enim linea tectum, infima pavimentum, media parietē, vacuitas ē regione portam refert.
3	ג	gb	Gimel גִּימֶל	Quasi גָּמָל gamal, id est, camelus, propter gibbum, quem in dorso gerit.
4	ד	dh	Daleth דָּלֶת	Quasi דָּלֶת daleth, id est, porta.

DE LITERIS.

Num.	Figu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
5	נ	b	He נ	ta, quòdeam suis lineis ali- qua ex parte referat. A sono quem exprimit, no- men accepit.
6	ו	v, conso- nans.	Vau ו	Uncinus, q ejus similitu- dinem præse- ferat.
7	ז	ς, Gracum.	Zajin ז	Quasi ζεν, id est, telum, quod clava es- se videatur.
8	ח	ch, vel χ Gracum.	Cheth ח	A sono pro- prio sic vocatur
9	ט	'	Teth ט	Irem à sono.
10	י	i, consonans.	Iod י	Quasi γιαδ, id est, spatium, quod propter A 3 suam

4

PARS I. CAP. I.

Num.	Figu.	Potestas	Nomen	Significatio.
20	כ	c ch ch	Caph כָּפָה	suam exigua- tem relinquit. <i>A curitate</i> <i>sic dicitur, nam</i> <i>כָּפָה Caphaph,</i> <i>incuruare si- gnificat, כָּפָה</i> <i>Caph, rem cur- uam, ut volam.</i>
30	ל	l	Lamed לְמָד	<i>Mal</i> <i>mad, id est, sti- mulo, seu veru- cujus similitu- dinem exhibet.</i>
40	מ	m m	Mem מֵמֶן	<i>A sono, ut in aliis linguis.</i>
50	נ	n	Nun נוּן	Item à sono.
60	ס	s	Samech סָמֵךְ	<i>Quasi סָמֵךְ</i> <i>Samuch, id est, continuatū, & in se ductum, à</i> <i>סָמֵךְ</i>

DE LITERIS.

5

Num.	Figu.	Potestas	Nomen	Significatio.
70	y	Aspiratio densissima.	Nghajin נַיְן	continuit.
80	פ	p ph	Pe פֵּה	Oculus, quod ejus figuram imitetur.
90	צ	ts	Tsade צָדֵה	Os, seu vultus, à figura.
100	ץ	ts	צָדֵי	Venabulum, quod ei non dissimile videatur.
120	ר	q, vel k	Ceph קֶפֶת	Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quem describit nam קֶפֶת cuph, circuire est.
130	ר	r	Rosc רֹשֶׁת	Quasi Rosc, id est, caput, quod aliqua ex parte illius figuram A 3 imit

Num.	Figū.	potestas.	Nomen.	Significatio:
300	שׁ	ſc ſe ſide <i>Iud.c.12. v.6.</i>	ſtein ſין	imitetur. Quasi ſcen, ideſt, deſ, quod dentata ſit li- tera.
400	תׁ	th, ſiue ḫ Græcum.	Tau תַו	Signum, ſiue terminus: quod alphabetū ter- minet.

500 600 700 800 900 1000
 תׂ אׂ בׂ בׂ נׂ וׂ נׂ

Admonitio de nominibus literarum He-
braicarum.

Nomina harum literarum vetustif-
ſima eſſe, atque ex his veluti fonti-
bus quibusdam deriuata eſſe nomina a-
liarum omnium literarum, veteres omnes
docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Iose-
phum lib. 1. Antiquit. cap. 4. Eupoleum
apud Clementem Alexandrinum lib. 1.
Strom. Augustinum lib. 18. de Ciuitate
Dei,

Dei, cap. 39. ac præcipue Eusebium lib. 9.
cap. 4. & lib. 10. capit. 2. de Præparatione
Euangelica, qui ex eo demonstrat, primas
omnium literarum Hebraicas fuisse, quod
sole Hebraicæ literæ nomina habeant si-
gnificatiua. Cur enim Græci literas suas
vocent alpha, beta, gamma, delta, & La-
tini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam
reddere possumus, quam quod Hebreos
imitati sint, qui literis suis nomina posue-
runt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem
Hebræi literas suas ita vocauerint, ratio-
nem à propria significatione ductam red-
dit Eusebius loco notato: item Sanctus
Hieronymus in epistol. ad Paulam Urbi-
cam, & in Commentario ad Threnos Hie-
remiæ: nos quoque aliam ab illis non pa-
rum diuersam paulò ante reddidimus.

De potestate earumdem literarum.

PRæter ea, quæ in Alphabeto ipso
annotauimus, sciendum quo-
que est, literas omnes Hebraicas in
quinque diuisas esse classes, pro nu-

A 4 mero

8 PARS II. CAP. I.

mero videlicet instrumentorum vocis. 1 Quædam enim dicuntur literæ gutturales, videlicet **ע ח נ א**.

2 Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet, **ב ו מ פ**. 3 Aliæ dicuntur literæ palati, videlicet, **ג י ב צ**. 4 Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet, **ת ל נ ד**. 5 Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet, **ס צ ר ש ז**.

Ex his notandæ potissimum quæ sunt gutturis & labiorum: gutturales Literæ gutturalis diff. præsertim, quarum **א Aleph**, in sum- culter pro- nunciatur. in gutture, siue in ipso ore forma- tur, respondetq; spiritui leni Græco- rum, ita ut nihil addat ad vocalem, cum qua syllabam necessariò efficit, nisi spiritum illum, qui minimum requiritur ad quamlibet vocem pro- ferendam. **ה He** respondet spiritui denso Græcorum, & nostræ aspira- tioni **ח**, formaturque in gutture, sed paulo inferius quam Aleph. **נ Cheth** est quasi duplex aspiratio densa, & in

in ipso nodo gutturis, hoc est, inferius quam Hc, formari debet. yNghajin, aspiratio est densissima (et si alij aliter sentiant) fitq; dum spiritus narium adjumēto in imo gutture quodammodo strāgulantur. Itaque pronunciatio harum quatuor literarū à summo gutture ad imum vſq; quasi quibusdam gradibus descendit.

De figuris seu characteribus literarum.

1 PRIMÙM diligenter intuendæ sunt figuræ, & discriminem notandum similium literarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hæ lite- שׁ עַסְטָוְהַרְגֵּב
rx similes: שׁ אַסְמָזְחַרְנֵב

2 Deinde sciendum est, quinque literas dupliciter scribi, vi- אַגְנָמָכְזָא delicet,

quarum priores, id est, contractiores, scribuntur in principio, & in me- זְמֹנָא dio dictionis, posteriores autem,

A s quæ

quæ etiam longiores sunt, scribuntur solum in fine.

Appendix.

*Inuenit uertamen extra ordinem Isa. 9.
5.7. ו, in medio, in illa dictione, לסרבה
le-marbe, ad multiplicationem & lib. 2. Esdr.
cap. 2, v. 13. ו in fine, in dictione המ illi.*

3 Postremò sciendum est, Hebræos literis Alphabeti uti ad notas numerorum indicandas, ut in ipsa tabula literarum ostendimus. Porro ceteros numeros, quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: Siquidem ו significat 11, י 12. & sic de ceteris, nisi quod pro ו, scribunt ט, superstitione quadam ducti, quia ט est unum ex nominibus Dei. Sic etiam post ו, quæ litera efficit 400, non semper ponunt literas illas finales, sed compositos numeros.

900	800	700	600	500
-----	-----	-----	-----	-----

:ק	ת	ת	ת	ת
----	---	---	---	---

CAP

*De Punctis, quæ Vocalium loco sunt
apud Hebreos.*

VETERES Hebræi , quod nullas haberent propriè vocales literas , vtebantur interdum earum loco quatuor consonantibus , videlicet, א Aleph, ה He, ו Vau, י Iod. & quidem per Aleph , & He , exprimebant a , & interdum alias vocales: per Vau, o, & u:per Iod, e,& i.

Appendix.

Erat autem difficilissimus harum vocalium usus, tribus potissimum de causis: primùm enim eadem literæ interdum fungebantur munere suo , id est , consonantium, interdum alieno, id est , vocalium: nec facile dijudicari poterat quando uno officio, quando altero fungerentur. Deinde quum eadem litera diuersarum vocalium locum obtinere posset, vt jod, e, & i, vau, o, & u, quis facile diuinaret, hujusne , an illius potius

ius locum obtineret. Accedebat postremo, quod s^epe nulla harum quatuor literarum expresse in vocibus Hebraicis habebatur, sed subintelligenda erat. Itaque magis v*su* loquentium, quam praeceptis, ratio legendi, vel pronunciandi, apud Hebreos olim conseruabatur: quod non obscurè indicat B. Hieronibus in epist. 126. quæ est ad Euagrium.

Postiores Hebræi, tūm ad minuendam difficultatem, tūm etiam ne paulatim scientia lingvæ Hebraicæ penitus interiret, quæ ipsi traditione majorum, & v*su*, didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam ex cogitatis punctis, quæ vbiq; locum Vocalium obtinerent.

Appendix.

F^uctorum
v*s*us quādo
apud Hebr.

Quamquam non est omnino exploratum, quo primū tempore ejusmodi puncepit. Et a literis Hebraicis addita fuerint: atque adeò nonnulli contendunt, Biblia ab ipso Moyse, aut certè ab alio quopiam præstanti diuinæ

diuinæ legis Doctore ante Christi aduen-
tum punctis fuisse; accentibusq; distincta:
tamen probabilis est sententia Heliae Le-
uitæ Germani, qui in Praefatione Mas-
soreth affirmat, id factum esse apud Tibe-
riadem Pædestinæ anno 436. ab eversione
templi, id est, anno salutis nostræ 476.

Sunt igitur puncta decem, quæ à
Grammaticis dicuntur נִתְּרָה nec duc-
dot, vel נִיְּנָה thenunghoth, pro lon-
gis Vocalibus quinque, & quinque
pro brevibus: quorum characteres,
potestatem, nomina, & significatio-
nes, subjecta tabella indicabit. Alia e-
nimi tria sunt præterea puncta brevis-
sima, siue semipuncta, de quibus in
sequenti capite.

Tabula punctorum vocalium.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
¶	a, longum	camets	Dicitur a verbo
	רַבֵּר	רַבֵּר Camats,	quod est colligere, quia col- lecto

Figū.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
-	a,breue	Patach פָתָח	lecto ore obscure pronunciatur, sono quodam medio inter a, et o.
..	e, longum	Tsere צִירֵי	Dicitur à verbo פְתַח Patach, quod est aperire, quia aperto ore clarissime pronunciatur, planè ut a, Latinum.
..	e,breue	Segol סֶגֹול	A verbo צָוֵר tsur, quod est coarctare: quia proferri debet obscure, ut e Italicū in vocibus, pena, et penna.

A nomine Cal
dæo סֶגֹול Segolla, quod botrum signifi-
car, quia ejus for-
mam imitari vide-
tur: profertur autem
Fig;

DE PVNCTIS.

15

Figu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
	i, longum	Chiric gal dol חִירִיך גָּדוֹל	clare, ut e, Latinum in voce penna. Chiric magnum, à sono quem edit, no- men accepisse vide- tur.
	i, breue	Chiric ca ton חִירִיך כָּתוּן	Chiric paruum, similiter à sono no- men accepit.
	o, longum	Cholem חֹלֶם	A sono, quem ef- ficit priore syllaba, nomen habet.
	o, breue	Camets Chateph חַתֵּף	Camets raptum, nam חַתֵּף chataph rapere significat.
		Sciurec שׁוֹרֶךְ	A sono quem edit priore syllaba: pro- fertur autem ut u magnum Italicum et Germanicum.
	u, longum	Kibbutz קִבּוֹץ	A verbo קִבּוֹץ bats, quod est cōgre- gare
	u, breue		

gare: quia labiis collectis effertur, vt u Gallicum.

Quo pacto literæ cum punctis syllabam efficient, subjecta exempla docebunt.

va	va	ve	ve	vi	vi	vo	vo	vau	vau
בָּ									
da	da	de	de	di	di	do	do	du	du
רָ									
ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	hu	hu
הָ									

Sexuationes.

1 **O**mnia puncta subscribuntur literis consonantibus, exceptis Chitic magno Cholē, & Schiurec, quæ ad latus, vel suprà, scribi debent.

2 Cholem dupliciter notatur, uno modo cum litera Vau, quæ neque hîc, neque in Schiurec pronuntiantur, vt infrà dicetur. Altero modo sine Vau: & tunc punctum notatur supra consonantem, cum qua facit syllabam non in medio, sed ad latus fini-

sinistrum hoc modo, בָּרְהַ, ut distinguiatur ab accentu Reuiang, de quo infra dicemus.

Appendix.

Atque hinc sit, ut compendij causa unum atque idem punctum dextrum literæ non tantum sonet sc̄, sed etiam s̄apē pro cholem proximè præcedentis literæ sumatur מְשֻׁה, מְשֻׁבָּ, יְשֻׁבָּ, pro יְשֻׁבָּ, loscev, sedens.

3 Camets chateph, quod & camets chatuph, seu chateph camets, appellatur, hoc est camets raptum, s̄apissimè scribitur sine illis duobus punctis additis ad Camets, ita ut figura non distinguatur à Camets longa vocali. Ut ergo possit intelligi, quando eiusmodi punctum sit Camets, & quando Camets chatuph, hæ regulæ obseruandæ sunt. Prima, si nullum habeat accentum rhetoricum, & mox sequatur Sceua, aut Daghæ, non est Camets, sed Camets

B chat

chatuph, ut חכמָה *chochma*, sapientia, non chachma, בְּלֹא *collu*, finitæ sunt, non *callu*, Accentus tamen rhetoricus sæpe intelligendus est, quamuis non exprimatur. Secunda, si sequatur accentus Maccaph, & proximè non præcedat נ aut ה, illud est Camets chatuph, ut אַרְצָה *col erets*, omnis terra non calerets.

Appendix.

Tertia, in finibus verborum, siquidem accentus præcedat, est etiam Camets chatuph, ut יִקְרֵב *vaijacom*, & surrexit, non *vaijacam*.

Appendix.

Alias semper est camets. Porro quid sit accentus rhetoricus, quid scena, daghes, & machaph, paulò infrà suis locis dicetur: quia tamen interdum euphoniacausa excidit daghes ex litera, quæ proximè sequitur post camets chatuph, ita ut putari possit camets longum id, quod re vera est camets chatuph: idcirco tunc, etiam in libris correct

rectissimis, scribitur camets. chatuph cum duobus punctis expresse additis ad dexteram ipsius camets, hoc modo.

4 Obserua in pronunciatione literarum cum suis punctis, prius sonare & audiri debere literā, quām punctum literæ subiectum: non enim dicimus בָּאַרְךָ, sed בָּאַרְךָ: excipiuntur tamē duæ literæ gutturales, נָ & יָ, quando in fine dictionis existentes sub se habent Patach: tunc enim prius proferri debet punctum, quām litera. Itaq; dicemus יְהוֹשֻׁעָה Ichoschiuangh, non Iehoschiungh נְשִׁיחָ Maschiach, non Maschicha.

Appendix.

Hujus exceptionis ratio est, quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandas, sed solum ut literæ illæ ex gutture pronunciari possint, siquidem integræ nomina sunt, in exemplis allatis, יְהוֹשֻׁעָה: experientia autem docet, non posse

B נ i

in his nominibus ex gutture pronunciari vltimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, vbi hæ literæ vltimum locum occupant, nisi præcedat camets, aut patach. Quotiescumque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets, aut patach, necessario additur patach sub ipsis literis, ut ritè proferri possint: quod patach suffuratum. idcirco dici solet patach suffuratum, seu patach necessitatis.

S Quod autem diximus de literis ^{ñ, quū punctum in vē} & y, habet etiam locum in litera ñ, tre habet quando punctum habet in ventre, quomodo pronūcietur ut patet in isto nomine ^ññ, Deus: dicimus enim eloah, non eloha.

CAP V T III.

De Semipunctis.

P Ræter illa decem puncta, quæ locum obtinent vocalium tūm longarum, tūm breuium, sunt alia tria puncta, quæ breuissimarum vocalium vices gerant:

rant: nimisum sceua, chateph patach, & chateph segol, de quibus ordine dicemus.

2 Sceua, Hebræis נִישׁ vel נְבָשׁ, cōstituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito, hoc modo, : , quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quādo quiescit, nullum sonum exhibet Sceua quiescens. auribus, neque syllabam constituit, sed potius trahit literam sibi impositam ad præcedentem, ut cum ea syllabam componat, ut quum dicimus הַלְךָ halach, ambulauit. Quando sonat, Sceua sonans. idem valet quod e, breuissimum, & syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, ut quum dicimus דְבָרָ devar, verbum.

Adnotatio.

Et hinc fortasse nomen accepit: vide Sceua unde tur enim שָׁבָא dici à verbo שׁוּבָה, dicitur. quod est redire, quia literam suam ad præceden-

B 3 rem

zem trahit, & quodammodo redire facit.
 Atque hinc sit, ut omnis litera in fine di-
 ctionis, exceptis quiescentibus, que sunt
 א ה וֵי, si nullum habeat punctum, censea-
 tur habere sceua, licet non inueniatur ex-
 pressum, nisi sub literis ב ג ד כ פ ת quando
 habent daghes lene, quod tum demum ap-
 paret, quum aliquid additur, ut פ ק ד נ י visit-
 uit, פ ק ר ה ת visitasti. Reperitur præterea sce-
 ua finale sub litera י, licet non habeat da-
 ghes lene, atque in tribus aliis dictio-
 bus, ט וֵי declinet, Proverb. cap. 7. ט שׁ וּ ve-
 ritas, Proverb. 22. ט שׁ וּ potum dedit, Ge-
 nes. 29.

3 Ad internoscendum autem quā-
 do sceua sonet, & quando quiescat,
 hæ regulæ seruandæ sunt. Prima, sce-
 ua in initio dictioñis semper pro-
 nunciatur, vt ל מ ד lemod, disce, non
 lmod. Secunda, in fine dictioñis nun-
 quam pronunciatur, vt נ שׁ וּ vajest,
 & bibit, & non vajeste. Tertia, in me-
 dio dictioñis pronunciatur solūm
 sub

sub litera geminata, ut הַלְלוּ halelu,
laudate, non hallu, רַבְבוֹן rivevon, decem
millia, non rivvon: sub litera quæ ha-
bet punctum in ventre, ut לְפָדוּ lim-
medu, docuerunt, non limmdu: post alte-
rum sceua, ut יְלִמְדוּ jilmedu, discent, non
jilmdu: denique post vocalem lon-
gam carentem accentu Gramma-
tico, ut לְמָה lamed a, didicit, non lam-
da. In ל enim est accentus Rhetori-
cus.

Prima Exceptio.

Quando duo sceuam̄ sunt in fine, v-
trumque quiescit, etiam si primum ^{si post}^{Duo Sceuam̄} longam vocalem, & secundum sit post al-<sup>in fine di-
ctionis qui-
scunt.</sup> terum sceua, vel sub litera habente pun-
ctum in ventre, ut יְשִׁיבֵת jest, bibet, non jeste,
יְבָךְ jevch, flebit, non jeuech. Quamquam
id nonnulli negant, praesertim si ultima li-
tera sit affecta punto dages: tunc enim
ultimo sceua pronunciandum putant, ve
תְּשִׁיבֵת jesthe.

Secunda exceptio.

Sceua post vocalē longā quando quiescit. *Quando vocalis longa notata est accentu Grammatico, sceua sequens quiescit, ut quiescit.*

למָרְנָה lemodna, discite, non lemodena, vel quando vocalis longa eo loco habetur pro breui, ut in coniunctio quum ponitur proxime, ne duo sceuam concurrant initio: tunc enim sceua sequens quiescit, ut וּנְרַמְמָה unrommah, & exaltemus, non unrommah, ut infra in 4. par. c. 2. fusiūs dicetur.

Appendix.

Obseruandum vero est, ad perfectam Regula seruandavt per pronunciationem semipuncti sceua, quum feste pronuntiatur. Sceua post sceua sequitur litera gutturalis, ipsum sceua, quorundam sententia, debere profiri ferè ad eum modum, quo profertur punctum subiectum literæ gutturali, & si adsit accentus, qui dicitur gahaia, profendum planè eo modo, quo profertur punctum literæ gutturalis: dicimus enim וּנְרַי chi, viuet, non techi. Idem dicendum est de sceua precedente jod sine chiric: vergit enim tunc sceua ad sonum chiric, & si ad-

sit

sit gahaja, sonat plane ut chiric, ut בִּיר bi-jad, in manu, non bejad. Quanquam alijs probabilius fortasse aliter sentiunt, & semper sceua mobile, ut e, pronuncianum esse contendunt.

4. Hæc de Sceua simplici: nūc de ^{Sceua com-}
composito, siue de punctis raptis, di-^{postum,}
camus. Chateph patach est punctum
compositum ex sceua, & patach, hoc
modo, . . . & sonat a breuissimum.
Chateph segol est punctum compo-
situm ex sceua & segol, hoc modo . . .
& sonat e breuissimum.

Annotationes.

1 *Utrumque sceua compositum præci-
pue literis gutturalibus י נ ה pro sceua
simplici subiicitur: & quidem frequentius
chateph patach, quam chateph segol.*

2 *Immo vero chateph patach sub aliis
quoque literis præter gutturales inuenitur
interdum, ut בְּרֻכּו אָ beracu, benedixerunt,
גִּלְלָעִלּו ghillalu, reuoluerunt, צְלָלָו tsalalu, de-
mersi sunt. Exod. 15.*

B 5 3 Quæ

3 Quatuor ramen causæ dicuntur, car
etiam Sceua simplex gutturalibus subjici
queat. Prima, si præcedat accentus Gram
maticus, שְׁלַחֲנוּ schialachnu, misimus.
Secunda, si præcedat chiric sub litera seruili,
יהִיה jihjeh, erit, תְּחִיכָה tichjeh, vives.
Tertia, si sequitur daghes, חִכָּה iachpots,
volet, נְאָדָר nedar, magnificus. Quarta,
si sequatur litera capax solius daghes fortis,
sed eo non affecta, מְעִין manghian,
fons, יְחָסֵר jechsar, deficiet. Sed hæc faci
lius vsu discuntur.

CAP. IIII.

De Daghēs, & Rāphe.

 Vpersunt adhuc alia duo
puncta, quæ etsi vocalium
literarum munere nequa
quam funguntur, suo modo tamen
pronunciationē non parūm iuuant.
Ea sunt דָגָה Daghēs, & רָפָה Rāphe.

Daghēs qd.
t. Daghes est punctum in medio
literæ impressum, cuius officium est
vim

vim quandam addere ipsi literæ. Est tamen duplex Daghæ, lene, & forte. Daghæ duplex.
Lene roborat literam: Forte dupli-
cat. Exemplum lenis בֵּית beth, *domus*,
non *verh*. Exemplum fortis דָּבָר dib-
ber, loquutus est, non *diber*. Porò Da-
ghes forte inueniri potest in omni-
bus literis, exceptis gutturalibus ה h, נ n, ו w, י y, פ p, ו v & ש s.

Appendix.

1 Quamquam etiam aliquando Aleph
נ, ו Resc ר, sed rarissime, daghes reci-
piunt, vide Genes. 43.23.1. Esdr. 8, 18. Le-
uit. 23. 17. Job 33, 20, ו 1. Reg. 1. 6. 1. Reg.
10. 24. 4. Reg. 6. 22. Prou. 10. 14. Prou. 15.
1. Cant. 5. 2. Psalm. 52. 5. Hierem. 39, 12.
Habac. 3. 13. Ezech. 16. 4.

2 Ratio verò cur infigatur daghes forte
in literis multiplex est. Primum infigitur Causæ in-
ad supplendum defectum literæ Nun in scribèdi Da-
conjugatione Niphingal, in defectius pe- ghes forte
nun, in נ nathan, in præpositione ו min. in literis,
Secundo, ad supplendum defectum literæ
gem

geminatæ in verbis duplicatibus vnghaijn,
& ad supplendum defectum literæ n in
verbis, quæ habent tertiam radicalem n,
& quando in hithpael n & v conueniunt.
Tertio, ad ostendendum coniugationis gra-
uitatem in Piel, Pual, & Hithpael. Quar-
tò, post n demonstratum, & versuum,
nisi sequatur litera sceuata. Quinto, sed ra-
rò solius euphoniam causa.

Daghes lene non reperitur nisi
ne in quib[us] reperiatur in sex literis, quæ duabus hisce voci-
bus continentur בְּגָדֶת, quia tamen
etiam hæ literæ daghes forte habere
possunt, ideo ut sciamus, vtrum da-
ghes in his literis infixum, sit forte,
vel lene, hæc regula notanda est. Ini-

Regula de dictionis nunquam esse potest,
daghes: nisi daghes lene, & similiter in me-
dio, & fine, post sceua quiescens. Ita-
que in hac dictione תַּזְכֵּר tizcor, recor-
daberis, vtrumque daghes est lene:
in hac verò דִּבְרַת dibbara, loqui-
eus es, primum est lene, secundum
for

forte, tertium lene.

3 Raphe Hebraicè רַף, id est, lene, est virgula quædum literæ suprascripta hoc modo בָּ, quæ linea significat literam esse mollius pronunciandā, quam si haberet daghes. Itaque literæ בְּנֵד כְּפָת cum daghes leni pronunciantur lenius, ut latinæ literæ b,g,d, c,p,t. Si verò habeant raphe, בְּנֵד כְּפָת pronunciantur asperiūs, בָּ vt v consonans, גָּ, vt gh, הָ, vt dh, בָּ, vt ch, vt quorundam sententia nihil à litera נָ differre pronunciando videatur, בָּ, vt ph, siue φ Græcorum, נָ denique vt Θ Græcorum, siue th.

4 In plerisque tamen libris raphe non exprimitur, sed semper subintelligitur, ubi nullum est daghes.

Appendix.

Quòd verò ad orthographiam attinet, Quæ sint per etorum Da-
ubi sit ponendum daghes, & ubi raphe, ghes & Ra-
hæ regulæ seruandæ sunt. phe loca.

I Initio dictionis semper est raphe, præ-
terq

terquam in literis בְּגָדָכְ פָתָ, quæ daghes
habent, nisi litera præcedens fuerit vna ex
quiescentibus, quæ sunt אַהֲרֹן, quamquam
etiam his præcedentibus quattuor locis ha-
bent daghes. Primum si litera quiescens nō
quiescat eo loco, ut גָמֵל שְׁפָתִי תְּפַתְּחִי de-
inde si habeat accentum distinctiuum, ut
לְבָנָה כּוֹכֶב lunā, stella. Tum si dictio, quæ
incipit ab vna ex literis בְּגָדָכְ begad
chephath, sit monosyllaba, aut habeat ac-
centum in penultima, ut זְבָחָתָה פָסָחָה sacri-
ficiasti Pascha. Postremo si maccaph con-
jungit הַ dictionis monosyllabæ cum dictio-
ne incipiente ab vna ex literis בְּגָדָכְ , ut
מֵה-בָצָע quæ cupiditas? aut contrā, si di-
ctionem hujusmodi monosyllabam præce-
dat dictio desinens in הַ cum maccaph, ve
יְצָפָה-בָנִי sperabit in me.

2 In medio & fine dictionis post longam
vocalem semper est raphe, nisi notetur ac-
centus: tunc enim daghes esse potest, ut לְפָתָה cur: ex quo apparet sciurec interdum pro
parua vocali haberi, quum admittat post

ſe

se daghes, ut חוכה.

3 In medio, & fine, post vocalem breuem semper est daghes, aut scena silens, nisi notetur accentu: nam in שְׁבַת habitare, illud ב propter accentum non habet daghes, aut nisi sit camers chateph, præsertim deductum ex cholem, ut קָרְשִׁים.

4 In medio, & in fine post scena mobile, & puncta rapta, semper est raphe, præterquam in hac voce שְׁתִי duo.

5 In medio, & in fine post scena quiescens semper est raphe, præterquam in literis qua^æ habent daghes lene: exceptis paucissimis, עֲבָדִי מֶלֶכֶת, ו regnum, serui, & similibus.

C A P. V.

De literis quiescentibus, & mappic.

Vattuor literæ, quæ hoc nomine continentur אַהֲרֹן ehe- ui, quiescentes dicuntur, quia interdum proprio punto vocali de- stitutæ, nullum sonum auribus exhi- bent,

Literæ cur
dicaturquæ
scientes.

bent, sed in præcedéti puncto quiescunt: cuius rei ratio est quòd, ut supra diximus, iis vtebantur olim Hebræi loco vocalium: nunc autem invenia sunt puncta, quæ earundem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque necessariò literæ istæ, post inuenta puncta, interdum sonant, interdum quiescunt: sonant quando funguntur munere suo, id est consonantium: quiescunt quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

Explicemus de singulis seorsim.

N quibus in locis quiescit in medio, & in fine post omnes vocales longas, & interdum post segol, & patach, vt נָבִי juncus, & יְהוָה dominus.

ת quando quiescit. ת quiescit solum in fine post camets, tsere, cholem, longas vocales, & post segol, & patac, breues, vt תָּאֵס, תָּמֵן quis: post alias vocales longas non facile reperitur litera ת: tamen, si inuen-

inueniretur, sine dubio etiam in illis
quiesceret.

Exceptio de Mappic.

*Est autem obseruandum, interdum ᄂ in
fine post longam vocalem non quiescere.* Quādo in
fine dictio-
nis nō quie-
scit.

Ad quod significandū scribitur tunc pun-
ctum quoddam in medio ejus hoc modo , ᄂ ,
vel sub illa, hoc modo, ᄂ : quod quidem pun-
ctum non est daghes , quia non duplicat ,
nec roborat literam , sed est פְּ מappic ,
id est eductor , quia educit sonum , dum facit Mappic
quidnam sit
vt litera sonet , quæ alioquin quievisset .

*Solet verò mappic potissimum adhiberi
in pronomine affixo generis fæminini , vt
filius ejus : præterea in nomine Dei
אלוהָה , & in quattuor verbis ,
admirari , superbire , amare , splendere .*

תִּמְתַּח גִּבְּהָה כִּמְתָּה נִגְנָה

*quiescit in medio , & in fine post , quando
tsere , segol , & chiric : aliàs sonat ut j , quiescit ,
consonans . Porrò in fine post ca-
mez , patach , cholem , & sciurec coa-
lescit cum præcedente , vt vocalis in*

C diphth

diphthongum, ut אָדֹנִי adonai, Dominus, trifyllabum: דְבָרֵי devarai, verba mea, similiter trifyllabum: גּוֹי goi monosyllabum, gens בְּנֵי banui, aedificatus, duarum syllabarum. Interdum etiam ^{quādo ad-}
mittit Map-
pic. recipit mappic, ut in dictione מֶלֶכִיּוֹת regna, & רַאשְׁיוֹ principia.

I quando quiescit in medio, & in fine sub
quiесcit. cholem & in sciurec: alias sonat vt
sic quis sic omnes v, consonans, & in fine post camets,
& patach, tsere, & chiric, coalescit in
diphthōgum, etiamsi intercedat jod
quiescens, ut דְבָרֵי devarau, verba ejus,
עַפְקָא kau, linea, שְׁלָמָן schaleu, quietus, פְּרָטָן piu, os
ejus.

Appendix.

Literæ quie
scentes sunt
necessariæ. Notandum verò est, quiescentem li-
teram necessariam esse ad longarum voca-
lium prolationem, & ideo semper eis vel
actu, vel potestate adesse: idcirco enim in
illa sententia, לֹא תַעֲשֵׂה לְךָ פָסָל non fa-
cies tibi sculptile, illud ꝑ non habet
daghes lene, quia præcedit ה, virtute
cont

contentum in camets dictionis 7.

2 Præter hæc puncta jam explicata,
quæcumque alia lineolæ, notulæ, apices,
quacumque forma, vel situ occurrant, ac-
centus habendi sunt, excepto signo, vel cir-
culo בְּתִיב, id est scriptio[n]is, de quo in capite
sequent[er], appendice secunda.

CAPVT V.
De Accentibus.

Cæcetus Hebræis triplex est,
Rheticus, Grammaticus,
Musicus: Rheticus retinet Accentus
Rheticus
syllabam, vel conjungit cum alia, or-
natus gratia: Grammaticus attollit Accentus
Grammaticus
syllabam, vt accentus acutus Græ-
corum, & præterea distinguit ora-
tionem, vt apud Latinos puncta &
virgulæ: Musicus designat tonum, Accentus
Musicus.
quo syllaba cani debet.

2 Porrò Rhetici accentus qua-
tuor sunt. Primus dicitur Metheg, id Metheg.
est, frenum, cuius officium est retine-

C 2 re

re syllabam quem afficit, ne lingua,
nimis celeriter pronunciando, hæ-
reat, & scribitur sub litera hoc mo-
Mazze. do, ב. Secundus dicitur Mazze, cu-
jus idem est officium, & scribitur su-
pra literam hoc modo. ב Tertius
Gahaja. dicitur Gahaja, & est retinaculum so-
lius puncti sceua, quum methegh &
mazze aliis punctis adjungantur: scri-
bitur autem sic, ב Quartus dicitur
Maccaph Maccaph, cuius officium est conju-
gere vnam dictionem cum alia, vt
instar vnius vocis pronunciantur, &
scribitur inter duas dictiones hoc
modo, כָּל־גּוֹן col goi, omnis gens.

Grammatici 3 Grammatici accentus numeran-
tūr triginta & unus, nimirum vigin-
ti reges, & vndecim ministri, qui o-
mnes acuunt syllabam quam affi-
ciunt, & præterea distingunt ora-
tionem: quamquam, quod attinet
ad distinctionem, ex tanto numero,
solum quatuor sunt propriè Gram-
mat

matici: reliqui enim magis Musicae,
quam Grammaticae deseruiunt.

4 Primus dicitur Soph pasuk siue pri^e sūt accentus Grā-
Siluc, cuius officium est acuere syllabam, & distinguere priodos : scri-<sup>Soph pa-
bitur autem sub litera hoc modo, ɔ,</sup>
ita ut figura non distinguatur à Metheg. Facile tamen vnum ab alio interosces, si animaduertas è duobus accentibus in eadem dictione positis, priorem esse Rheticum, posteriorem Grammaticum: vel si unus tantum sit, eum necessariò esse Grāmaticum: nulla enim est dictio sine accentu Grammatico, nisi ea quæ per maccaph cum alia jungitur.

5 Secundus est Athnac, qui, præterquam quod syllabam attollit more aliorum, distinguit medias periodos, seu membra orationis, & hoc modo sub litera pingitur, ɔ: hunc tamen usum non semper habet in libro Iob, Psalterio, & Proverbiis.

C 3 6 Tert

6 Tertius est Zakeph caton, qui & syllabam acuit, vt cæteri, & incisa distinguit: scribitur vt Sceua, sed hoc modo supra literam notatur, ב.

7 Quartus est Reuia, qui minimis distinctionibus seruit, & hoc modo supra literam scribitur in medio, ב, vel ad latus dextrum ב, vt differat à puncto cholem. Cæterorum nomina, & figuræ, quamuis ij negligi potuissent, hîc breuiter subjiciemus, ne quid vel à curiosis desideretur.

Accentus Regij.

בָּן	סֹרֶפְסוֹק	11	בָּן	לִנְרַמָּת	1
בָּן	אֲתַנְחָה	12	בָּן	גָּרְשָׁ	2
בָּן	זָקָף קָטָן	13	בָּן	גָּרְשִׁים	3
בָּן	זָקָף גָּדוֹל	14	בָּן	יְהִיב	4
בָּן	זָקָף זָרָקָא	15	בָּן	רְבִיעָ	5
בָּן	פּוֹרֶגְדוֹל	16	בָּן	תְּכִיר	6
בָּן	פּוֹרֶקְטוֹן	17	בָּן	טְרוֹהָא	7
בָּן	קְרִנֵּי פְּרָח	18	בָּן	סְגֻלָּא	8
בָּן	שְׁלִשְׁלָת	19	בָּן	פְּשָׁטָא	9
בָּן	תְּלִישָׁא גְּדוֹלָת	20	בָּן	פְּסִיקָה	10

Accen-

Accentus ministri.

ו ב מירכא פשׁוֹתָה	ו ב מונח
ז ב מירכא כפולה	ז ב עליון
ח ב קרמא	ט ב תרשא
ט ב כברבל	י ב מהפה
י ב דרגא	ו ב זרחה בן זומן
ז ב מאילא	

Appendix prima.

Quod autem ad sedem attinet accentuum, hæ regulæ tradi possunt. Accentus ^{Accentuum} sedes. grammaticus in penultima syllaba collocatur.

I Primum quidem in omnibus nominibus, & verbis, quæ habent segol in ultima, ut בְּגֵד beged, vestis קְדוּשָׁה kodesh, sanctitas, סְפִיר sepher, liber, מוֹת maueth, mors, לְכַת lecheth, ambulare: & idem dicendum est de iis, quæ habent patach in ultima loco segol, quando nimirum ultima, vel penultima est ה, vely, וְדִין dangath, scientia, פֶּסַח pesach, Pascha. Hæc tamen regula locum non habet, quando ultima thematis est ח: dicimus enim

נָשָׁחַ Mosce, Moses, בְּזִנְהָ bone, ædificans, nisi forte sequatur dictio monosyllaba, aut millel.

2 Deinde vero in omnibus nominibus, quæ habent camets, vel patachi, ante jod mobile, ut מֵצְרִים mitraim, Ægyptus, בֵּית baith, domus: ad quam regulam pertinent omnia dualia.

3 In iis nominibus, quæ desinunt in jod præcedente chiric, si punctum penultimum fuerit cholem, vel segol, ut קֹשֶׁי kosci, duritia, חֹלְיוֹ choli, infirmitas, שְׁבִי scievi, captiuitas.

4 In iis, quæ terminantur in sciurec præcedente ה, ut בְּהוּ bohu, vacuitas, תְּרוּהֻ desolatio, פְּקַדְתּוּ pekadahu, visitavit eum.

5 In præteriti secunda persona singulæris numeri, masculini generis, & prima persona communis generis, viriusque numeri, ut לְמַדְתִּי lamadta, didicisti, לְמַדְתִּי lamadt, didici, לְמַדְנוּ lamadnu, didicimus: nisi forte adsit vau versuum: tunc enim

enim aliquādo accentus ponitur in ultima.

6 In præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur scena in punctum longum, ut לְמָרוּ lamadu, didicerunt, pro לְמָרוּ lamedu. צַחַפֵּץ chaphetsu, voluerūt, pro חַפֵּץ chaphetsu. יִכְלֹו jacolu, potuerunt, pro יְכַלּוּ jacebu. Idem dicendum est de tertia singulari fæminini generis, ut לְמָרָה lameda, didicit, pro לְמָרָה lameda.

7 In præteriti tertia plurali, & tertia singulari fæminini generis, verborum quiescentium, vel duplicantium Nghajin, ut בְּנָנוּ banu, intellexerunt, בְּנָה bana, intellexit, סְבָבָו sabbu, circuierunt, סְבָבָה sabba, circuiuit.

8 In tertia præteriti, quando sequitur dictio monosyllaba, vel alia habens accentum in prima syllaba, ut בְּנָה עִירָעָן bana nghir, ædificauit ciuitatem, קָרָא לִילָה kara lajela, vocavit noctem. Idem seruatur in participiis verborum quiescentium lamed he, ut בְּנוֹת עִירָעָן bone nghir,

C 5 ædific

ædificans ciuitatem.

9 In secunda plurali generis fœminini imperatiui , & secunda ac tertia plurali generis fœminini futuri , ut לְמַזְדֵּנָה וְלִemo-dna, discite, תַּלְמֹזְנָה tilmodna, disce-tis, vel discent.

10 In cōjugatione Hiphil, in tertia plu-rali , & tertia singulari fœminini gene-ris, ut הַפְקִידוּ hiphkidu , præfecerunt, הַפְקִידָה hiphkida, præfecit.

In reliquis omnibus tum nominibus, tum verbis accentus grammaticus collocatur in ultima. Porrò vocabulum hujusmodi quod habeat accentum in ultima, ubi ferè səpif-simè reperitur, vocari solet à Grammaticis Milra: quod autem in penultima, dicitur Millel. Nulla tamen est vox, quæ gram-matico siue acuto accentu careat, ut suprà dictum est, nisi quæ per Maccaph cum se-quenti voce conjungitur.

Appendix secunda.

De Circulo o,

Circulus hic o vocabulis interdum im-poſit

positus, aliam diuersam lectionem indicat.
Quæ quidem lectio in plerisque Bibliorum exemplaribus in margine adscribitur, cum subiecta litera פ, id est, קרי keri, lectio, nam ita vox illa ad marginem appellatur. Quæ autem est in ipso contextu cum hoc circulo ס, vocatur כתיב cethiv, scriptio, quod scilicet ita ibi scripta quidem sit ea vox, non tamen ita legenda. Verumtamen keri, hoc est vox in margine apposita, pronuncianda iis punctis, quæ puncta habet cethiv, hoc est vox textus. Exempli gratia, Gen. 24. ver. 16, cethiv in textus est וְהַנָּעַר vehannanghara: in margine vero keri וְהַנָּעַר vehannanghara. Ergo ad hoc ex illo cethiv transferenda sunt puncta, ut legatur וְהַנָּעַר vehannanghara, & puella. Hæc autem lectionum varietas adnotata est à Rabbinis in מסורה mesara, vel מסורת masoreth. Ita enim ab ipsis huiusmodi Observationum libri dicuntur.

Appendix

Appendix tertia.

De usu accentuum extra Biblia.

Multiplices illæ accentuum figuræ in
sacris libris duntaxat reperiuntur, sine
quibus, præsertim distinguentibus, nullam
scripturam Hebræi recipiendam putant:
tame si rationem collocationis, aut ordinis,
quem in illis cernimus, se propter peccata
ignorare fateantur.

Cæterum in aliis Hebreorum scriptis,
epistolis, libris, qui hisce characteribus pro-
priè Hebraicis constant (siue à Christia-
nis, siue à Iudeis edantur) vnum ex his
quatuor subiectis modis ferè obseruari vi-
demus.

Primus modus

Nudæ tantum consonantium figuræ po-
nuntur: prætermisq; omnino non tantum
accentibus omnibus, sed etiam punctis siue
vocalibus: additis dumtaxat duobus cras-
sioribus punctis ad periodum, siue compre-
hensionem.

אַרְחֹם הַחֲמִירִנִי בְּחָמֵר אֲשֶׁר יִשְׁרָאֵל

כע

בעיניך בחכמתך ררוש אמת ידוע בתם מלות
לתלה אלכבוד שמן:

*El rachum hachamideni bachamad
eth ascier jasciar benghenecha bechochma
darosc beemeth jadoang betom milloth
lathehilla ulcavod sciemecha.*

Concede mihi , misericors Deus,
quæ tibi placita sunt ardenter con-
cupiscere, prudenter inuestigare, ve-
raciter agnoscere , perfectè adimple-
re , ad laudem & gloriam nominis
tui.

Porro puncta illa crassiora sæpè etiam
omittuntur.

Secundus modus.

Retinentur omnia puncta vocalia : in-
terdum etiam seruilia , ut daghes , ו in
ו , ו c. omisis tamen omnibus omnino ac-
centibus , præter illa duo puncta in extrema
periodo , hoc modo :

שלשה פנים בשלוש הקדושים אב בזורוח
הקדוש ואלהים אחריו :

Scieloscia panim bescialusc hakqadosc

av ben veruach hakkodesc veloim echad.

Tres personæ sunt in sancta Trinitate, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sed Deus unus.

Tertius modus.

Usurpanur omnia puncta vocalia, seruilia, &c. & in singulis dictionibus accentus grammaticus in sua syllaba, quam ex regulis sibi vindicat, notatur perpendiculari lineola.

שָׁלוֹם לְךָ מֶלֶךְ אַתָּה חֶסֶד חַיִם מִתּוֹךְ
וְתִקְוָתֵנוּ שָׁלוֹם אֱלֹהִים:

Scialom lac malca, em, chesed, chajim,
mathok, vaticvathenu, scialom elaic.

Salve regina, mater misericordiae,
vita, dulcedo, & spes nostra salve.

Quartus modus.

Similis tertio, nisi quod illam lineolam perpendiculararem non ubique seruet: sed suis in locis, ad orationem distinguendam soph pasuk, aynach, zakeph caton: praeter ea metheg rhetoricum adhibeat, & macaph.

נְפָשָׁת

נְפִשּׁוֹת הַקְדּוֹשִׁים שָׁמָחוֹת בְּשָׁמִים אֲשֶׁר
רְדוּ פּוּ אֶת־עֲקֵבֵי מְשִׁיחַ וּכְרִיזָּקָנוּ דָם בָּאַהֲבָתוֹ
וְעַלְזוּ עַמּ־מְשִׁיחַ בְּלֵי סֻוֹן:

*Nephascioth hakkedoscim sciemechoth
basciamaim ascier radephu eth nghikve
masciach vechi jarsku daman beahava-
tho, lachen jaanghlezu nhim masciach beli
soph.*

Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt sequuntur: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

Cæteri modi ad hos facile reuocabuntur. Porro ex his quatuor, quo quisque est ordine superior, eo etiam lectionem difficultorem reddit. Quare postremus potissimum, aut certè tertius videtur usurpan-
dus, præsertim si scribatur ijs, qui
non sint hujus linguae
peritissimi.

PARS


PARS SECUNDÄ,
QVÆ EST DE
NOMINE.



CAPVT I.

De iis, quæ nomini generaliter accidunt.



Xplicuimus ea, quæ pertainent ad rationem legendi, & scribendi verba Hebraica. Nunc de pātibus orationis, quæ tres sunt apud Hebræos: Nomen **וְשָׁם**, cum quo Pronomen conjungunt: Verbum **לִפְנֵי** *pongat*, cui etiam Participium annexunt: & dictio **מִלְחָמָה**, quæ Præpositiones, Conjunctiones, Aduerbia, & Interiectiones complectitur suo ordine differemus.

i Ac primūm de Nomine in vniuersum dicendum est: deinde de singulis

gulis nominum formis, siue speciebus. Nomi*n*i in vniuersum accidentu*Nomini ac-*
cidunt qua-
tuor.
 quatuor, genus, numerus, casus, & regim*en* genitiui. Genera in Hebtaicis ^{Genera tria.}
 nominibus tria sunt, masculinum,
 fœmininum, & commune. Neutro
 carent Hebræi, sed pro eo fœmininum usurpant, ut B. Hieronymus an-
 notauit in Commentario ad finem
 7. cap. Ecclesiastæ: quod etiam inter-
 dum substantiæ videtur usurpari,
^{תְּנִזֵּת} hoc, istud, pronomen fœmi-
 ninum, ^{טוֹבָה} *tova*, bonum, & bonitas.

2 Masculina terminantur quo*uis* ^{Masculino-}
modo, præterquam in ^{rum termi,} *n*, præcedente
 camets, vel in *ת*, precedente segol,
 chiric, vel sciurec, ut ^{דְּבָר} *davar*, verbū,
^{וַיְאִיֶּס} *vir*. Excipiuntur numeri cardinales, de quibus suo loco.

3 Fœminina terminatur in *ת*, præ- ^{Fœminino-}
 cedente camets, & accentu in ultima, ^{rum termi,}
 vt ^{תְּשִׁנָּא} *iscia*, mulier, vel in *n*, præ-
 cedente segol, & accentu in penulti-

D ma,

ma, ut נֶגֶב kescieth, arcus, vel præcedēte chiric, aut sciurec, & accentu in ultima, ut גְּפָרִיחַ gophrith, sulphur, מלכויות malcuth, regnum.

Exceptio.

Sunt tamen præter hæc nonnulla irregnaria, quæ sunt fæminina, & tamen non terminantur altero horum modorum, ut רוח ruach, ventus, אַבְן even, lapis: præterea omnia nomina urbium, & regionum, necnon membra, quæ natura sunt gemina, ut יְמֵין nghain, oculus, יְמֵין ozan, auris, רְגֵל regel, pes, יְד manus, & cetera, quounque terminantur modo, fæminina sunt.

4 Communia terminantur quo-
libet modo, more masculinorum, &
ferè sunt huius generis nomina ani-
malium, ut בָּקָר bakar, bos, בָּזָבָץ chazjr,
sus, &c.

5 Numeri nominum Hebraicorū sunt tres, singularis, pluralis, dualis.
Singularis terminatur variis modis,

vt

vt jam diximus. Pluralis in masculi- Modus for-
nis fit à singulari addito ס, vt à רְבָרִים mandi plus
davar, sic רְבָרִים devarim. In fœminis, quæ desinunt in ה, mutatur ipsum
ה cum puncto camets in ת, vt à תּוֹבָה
tova, bona, fit תּוֹבּוֹת tovoth. In iis, quæ de-
sinunt in ה præcedente segol, addi-
tur ת, vt à תּשֶׁךְ kesciet, arcus, fit תּוֹשֶׁךְ
kesciathoth. In iis quæ desinunt in ה
præcedente chiric aut sciurec, muta-
tur vltima syllaba in וַת, vt à גּוֹפְרִית gophrit,
sulphur, fit גּוֹפְרִיות gophrijot, à מַלְכּוֹת malcuth,
regnum, fit מַלְכִיוֹת malcijoth.

Appendix.

*Observandum autem est interdum nō-Notæ:
mina, quæ in singulari habent termina-
tionem masculinam, in plurali habere fæ-
mininam, & contrà, vt אָבָ av, pater, אָבּוֹת
avot, patres, יְוָנָה jona, columba, יְוָנִים
jonim, columbæ.*

4 Dualis numerus pro vtroq; ge-
nere non differt à plurali, nisi quod Dualis quo
penultima litera in plurali est jod modo diffe-
rat à plurali

D ְּ quiesce

quiescens in chiric, ut אל פים alaphim,
multa millia: in duali autem est jod
 mobile sub se habēs chiric, præcedē-
 te patach, ut אל פים alpajim, duo millia.
 Sortiūtur autem dualem numerum
 ea solum nomina, quæ naturâ sunt
 geminata, ut עינויים nghenajim, oculi,
 אוזניים oznajim, aures, & horum similia.

Appendix.

Nomina quædāvnius tantum numeri.

Porrò sunt quædam nomina, quæ so-
 lum habent numerum singularem, ut ענן tsion, pecus, זהב zahav, aurum: quæ-
 dam quæ solum habent pluralem, חיות chajim, vitæ, בתרולים bethulim, virgi-
 nes, ננגורים nengurim, pueritiae: quæ-
 dam quæ solum habent dualem, מים mīm, aquæ, שמיים sciamaim, cæli,
 רוחים rechaim, molæ.

Nomina Hebreæ casus

Casus Hebrei nullos habet, sed
 eos tamen interdum per articulos
 non habent designant, qui sunt hi. Genitius ה
 ha, vel של sciel. Datius ל le. Accusati-
 us אֶת eth. Vocatius ה ha. Ablatius

מַן. Nominatius articulo caret : interdum tamen recipit etiam הַ ha demonstratum. Exempli gratia, רְבָר davar, verbum, הַדָּבָר haddavar, siue של דָבָר sciel davar, verbi, לְדָבָר ledavar, verbo, אֶת־דָבָר eth davar, verbum, הַדָּבָר haddavar, ô verbum, מִדָּבָר middavar, à verbo.

Appendix prima.

Observandum autem est, nullum horum esse purum articulum : siquidem הַ, est etiam adverbium vocandi : לְ, אֶת, אֲשֶׁר sunt præpositiones, ut infrà docebimus : של ferè non est in usu in diuinis literis, sed solum apud Rabbinos.

Appendix secunda.

Observandum est etiam הַ, non solum genitio, sed etiam ceteris omnibus casibus jungi posse : par iratione לְ, non solum datiuo, sed etiam genitio, וְ accusatio interdum seruire: denique הַנִּזְקָנָה, non solum accusatum, sed etiam nominatum. datiuum, וְ ablatiuum aliquando designare.

D 3 Vide

Vide plura in fine Grammaticæ, ubi de dictionibus indeclinabilibus agitur.

5 Nomen absolutum vocant Hebræi, quando nullus consequitur genitius, siue sit illud nomen solum, ut **דְבָר** *davar*, verbum, siue cum alia voce conjunctum, vt **דְבָרְךָ** *davar rau*, verbum viderunt, **דְבָרְאֵכֶם** *davar avad*, verbum perijt. Nomen verò dicitur esse in regimine, quum post se genitium regit, vt **דְבָרְנִיבְיאָה** *davar navi*, verbum prophetæ **דְבָרֵי נְבוֹיאִים** *divre nevium*, verba prophetarum. Hic *davar*, & **דְבָרֵי** *divre*, sunt in regimine, adeoq; regunt: **נְבוֹיאָה** *navi* autem, & **נְבוֹיאִים** *nevium*, genitiui sunt, quamuis articulo careant.

6 Regimen igitur genitiui in masculinis numeri singularis, non mutat ferè nisi puncta longa in breuia, vt **שָׁרֵךְ** *sar*, princeps, in regimine **שָׁרֵץְ** *sar erets*, princeps terræ. In numero autem plurali aufert literam ultimam,

&

& mutat chiric in tsere, ut שָׁרִים *sarim*, *principes*, וְשָׁרֵי אֶرֶץ *sare erets*, *principes terræ*. In duali aufert similiter ultimam literam, & chiric: & mutat patach in tsere, ut עַיִנִים *nghenajim*, *oculi*, in regimine עַיִן יְוָנִים *nghene jonim*, *oculi columbarum*. At in nominibus foeminitis, quæ terminantur in ה præcedente camets, mutatur ה in ה, & camets in patach, ut מלכה *Malca*, *Regina*, מלכחת פְּזָרִים *Misraim*, *Regina Aegypti*: quæ terminantur in נ, nihil mutant, & similiter in plurali foeminina omnia nihil mutant.

CAP. II.

De variis nominum formis, & de gradibus comparationis.

Omnia apud Hebræos, ut etiam apud alias gentes, alia sunt propria, alia appellativa, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quam quod propria nomi-

na carent numero multitudinis, regimine genitivi, n demonstratio, & pronomine affixo, de quo infrā c. 4.

2 Item alia substantiua, alia adjectiva sunt, quæ hoc solum in hac lingua peculiare habent, quod ab Hebreis dicitur nomen תְּאֵר *toar*, id est

Adiectiuū. formale, siue adiectuum omne illud, quod mouetur de masculino in fœmininum per additionem literæ ה, ut מלך *Melec*, Rex, מלכה *Malca*, Regina, טוב *tov*, bonus, טובָה *tova*, bona: itaque multa vocant ipsi adjectiva, que nos substantiua nominamus. Porro fœminina à masculinis in recipere videntur interdum etiam ה, ut à masculino עֲבָרִי *nghivri*, *Hebreus*, עֲבָרִיָה *nghivrija*, עֲבָרִית *nghivrit*, *Hebræa*. Quamquam in ה ferè aduerbialiter usurpatur, ut יהודית *Iehudith*, Iudaice, atque alia id genus.

**Comparati-
nus & Super-
latiuiscarēt
Hebrei.**

3 Comparatiua & Superlatiua nō habent, sed circuloquuntur per duas

par-

particulas *מִן min* & *מֵאֹר meod*, hoc modo *טוֹבִים דָּזְרִיק פַּיִּין tovim dodecha mijain*, i. boni amores tui *præ vino*, Cant. i. quod nos diceremus, meliores *vino amores tui*. *וְחַנְחָה טֹוב שָׂאָר vehinne tov meod*. id est, & ecce bonum valde. Gen. i. quod nos diceremus, & ecce erat optimum. Interdum etiam exprimunt comparativum particula *יוֹתֶר joher*, *magis*, ut *פַּיִּין chazak fortis*, *פַּיִּין יוֹתֶר chazak magis fortis*. Frequentius tamen litera *ב*, quæ propriè significat à, vel ex, & ablative inseruit, ut suprà dictum est.

Superlativus quoque, geminato positiuo nonnunquam significatur, ut *רַעֲבָרְעָב rangh rangh*, *malus malus*, hoc est *pessimus*.

4 Sunt alia nomina primitiva, alia deriuativa. Primitiva dicuntur, quæ non deriuantur aliunde, sed ex ipsis deriuantur alia: talia sunt quæ ipsam radicem continent: vocatur autem

D 5 radix

radix illa dictio, siue sit verbum, siue nomen, quæ in dictionario majusculis literis notatur, quæq; plerumque tribus tantum literis constat, & ex qua per aliquam mutationem deducuntur multæ aliæ dictiones, quæ deriuatiæ dicuntur, quod à primitiua deriuentur, ut דְגַל degel, id est, vexillum, nomen est primitium: inde enim sic דְגַהָל daghal, id est erigere vexillum, דְגַול dagul, id est, insignis, siue præclarus, נֶדְגָלוֹת nidgalot, id est, castrum vexillis.

s Alia perfecta dicuntur, alia imperfecta.

Voniam ea, quæ ad constructionem pertinent, sūt ferè omnia Hebraicæ lingue cū cæteris cōmunia: & usu, ac lectione scripturarum facile percipi possūt: rē totam paucis coram ple-

plexemur. Ac primùm explicabimus cōstructionem quidem nominis cum verbo, deinde adjectui cū substantiuo, tum substantiui cū substantiuo: postremò relatiui cū antecedente.

I Nomen, & verbum in genere, numero, & persona conuenire debent, vt Genesis 1, וְהָאָרֶץ הַיְתָה וְהַבָּאָדָם
retz hajetha, terra erat: יְהוָה אֱלֹהִים jehi or, fit lux. Hoc tamen non ubique seruat: sāpe enim nomen generis masculini jungitur verbo generis fœminini, vt lib. 2, Reg. capit. 13, vers. 37. וְתַכֵּל דָוִיד vattechal Dauid, & cessavit David: & contrā, vt 1. Reg. c. 25, vers. 27. שָׁפָחָת קְנָעָן heui sciphcha hecha, attulit ancilla tua. Sed in his & similibus videtur intelligendum aliquod verbum commodum, vt cessavit Dauid, id est, anima Dauidis: attulit ancilla tua, id est seruus præmissus nomine meo, quæ sum ancilla tua: vel certe

tè scriptura magis ad rem significatam respicit, quam ad vocem significantem, ut Cant. Cap. 2. vers. 7.
 השבעתו אחכם בנות ירושלים אם תעירו ואם
 hiscaghnti ethchem
 benoth Ierusalaim im tanghira veim re-
 nghoreru eth haahavah Adiuro vos filiae
 Ierusalem, si excitetis, & si euigilare fa-
 ciatis, hoc est ne excitetis, ne ve expergi-
 sci sinatis dilectam, ubi תעירו tanghiru, &
 תעירו tenghoreru, verba sunt generis
 masculini, quia filiae Ierusalem ap-
 pellantur ciues urbium, Ierosolymæ
 subjectarum. Et Eccles. 1. ver. 2. אמר
 קופת קוהלה amar koheleth, dixit concionatrix,
 hoc est anima Salomonis, &c.

2 Quod dicimus de genere, etiam de numero dici potest. Inuenitur enim sape nomen numeri singularis cum verbo numeri pluralis, ut Hag. c. 2. v. 8. וְבָאוּ חִמְדַת נָוִים uvau chemdath
 goim, & venient desiderium gentium : &
 contrà, ut Gen. 1. v. 14. יהי מְאֹרֶת je hi
 meor

meoroth, sit luminaria : solet autem hoc fieri præter communē regulam, quādo nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contrā: tunc enim verbum conuenit in numero cum posteriore nomine, etiam si in obliquo sit, ut Job. 15. v. 20. מְסֻפֵּר mispar scianim nūspenu, numerus annorum reconditi sunt : Eccles. c. 10. v. 1 זָבוֹבִים מִתְהַבֵּא שֶׁמֶן 1 zevuve maueth javeisc jabbiangh sciemen, muscae mortis, hoc est mortuæ, perdit suavitatem vnguenti. Ad verbum, facit fœtere & exhalare (fœtorem) vnguenti.

3 Solet etiam id fieri, quando nōmē pluralis numeri distributiue exponi potest, ut Gen. c. 49. ver. 22. בְּנֹתָה צָעֲדָה banoth isanghada filiæ discurrit, id est unaquæque filiarum discurrit.

4 Interdum quoque id sit, quum nomen plurale singularem significat. vt Exodi c. 21, v. 4. אִם אַרְזְנוּ וַתִּזְנַח im adonau itten, si domini ejus dederit, id est,

si

Si dominus eius dederit: accipitur enim passim nomine אֲדוֹנִים adonim pro אָדוֹן adon.

9 Ad mysterium denique Trinitatis insinuandum, ut Genesis c. 1. v. 1. בְּרָא אלהים bara elohim, creauit Deus, id est Deus in personis trinus creauit.

6 Est etiam animaduertendum, saxe apud Hebræos desiderari verbū substantium, ut Psalm. 34. v. 8. רָאוּ בַּיִת שׁוֹב יְהוָה reu chi tov Iehoua, videte quia bonus (est) Dominus.

7 Item non raro usurpari tertiam personam verbi actiui in passiuā significatione, ut Genes. 16. עַל־בִּן קְרָא לְבָאֵר בָּאֵר לְחִירָא nghal chen kara liveer beer lachai roi, propriea vocavit puteum, puteum, id est, vocatus est puteus, vel vocavit quispiam, hoc est coepcius est vocari iam tum puteus viuentis, & videntis.

2 Adiectuum, & substantium, in genere, numero, & casu plerumque con-

consentient, ut Cant. cap. 4, vers. 1.
*רְעִתָּה יְפֵה רַגְחָתִי japha ranghjati, pulchra amica
 mea.* Cant. 5. vers. 10. *צָחִי דָּודִי tsach, dodi tsach,*
dilectus meus candidus. Interdum ta-
 men, sed raro, inuenitur adiectiuum
 generis masculini cum substantiuo
 generis fœminini, ut Exodi 11. ver. 6,
בְּמֹהֵה כְּמֹהֵה tsenghaka camohu, sicut ipse,
hoc est, acclamatio sicut ipsa.

9 Interdum etiam adiectiuum nu-
 meri singularis cum substantiuo nu-
 meri pluralis, ut Esa. cap. 19. vers. 4.
*אֲדֹנִים קָשָׁה adonim kashah, dominorum du-
 ri, id est, durorum.*

10 Quando autem adiectiuum cū
 substantiuo non concordat in casu,
 sed adiectiuum in nominatiuo, sub-
 stantiuum in genitiuo est, exponi de-
 bet adiectiuum per superlatium,
 vel comparativum, ut 1. Reg. cap. 21.
 vers. 7. *אֲבִיךְ הַרְוֹצִים abbir haronghim, po-*
tens pastorum, id est præstantissimus,
hoc est princeps, præfectus. Isa. cap.

29.ver. 11. חֲכָמִי יוֹעֶץ chacie jonghais; sapientissimi consiliariorum, vel sapientiores consiliariorum.

11. Adjectua quoque, que apud Latinos ablatium regunt, apud Hebreos regunt genitium, ut Ioel. 2. ver. 5 עֲרוֹק מַלחְמָה structus prælij, id est prælio, vel ad prælium. Psalm. 24, ver. 4. נֵקִי כְּפִים זָבֵךְ לְבָבָךְ neki cappaim uvarlevav, mundus manuum, & mundus cordis, id est, mundus manibus, & corde.

12 Substantium quando jungitur substantiuo, sere vnum nominatiui, alterum genitiui casus est, vt Eccles. cap. 1. vers. 1. רְבָרִי קֹהֶלֶת בֶּן־דָּוִיד. livre kohaleth ben Dauid. Verba Ecclesiastæ filij Dauidis.

13 Solet etiam substantium habere formam regiminis genitiui, etiam non sequente genitiuo, sed litteris seu libris שְׁבָلָם scieualem, vt Ecclesiastæ cap. 11. vers. 4. מִקְוָתָשׁוֹפָל me-
kom

kom scie ippol, locus quo cadet. 2. Regum cap. 1. ver. 21. ^{הַר־בְּנֵי־גִּילְבֹּן} hare bag gilbo-angh, montes in Celboe. lob. cap. 18. vers. 2. ^{קָנֵץ־לְמִלְיוֹן} kinse lemillin, fines sermonibus. Ezechielis capite 13. vers. 2. ^{כְּבִיאִי} nevie millibbam, Prophetæ ex corde suo. Idem iudicium de particulis his literis significatione respondentibus, ut ^{אֲשֶׁר־אָתָּה} ascier eth, & harum similibus. Porro frequentissimè apud Hebræos genitiuus nominis substantiui fœminini ponitur pro adiectuo, ut Exodi cap. 3, vers. 5. ^{אֶרְדָּמָת־קֹדֶשׁ} ad-math kodesc, terra sanctitatis, id est terra sancta.

14 Verbalia actionem significantia nonunquam casum suorum verborum admittunt, ut ^{כְּמַה־פְּנַתְּךָ אֱלֹהִים} chemahapecath elohim eth secundum euerisionem Dei Sodomam, &c. id est, sicut euertit Deus Sodomam. Item ^{בְּאַהֲבָתְךָ יְהוָה אֲתָּה־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל} caahauath lehova eth bene Israel, secun-

Q dum

dum amorem Domini filios Israel, id est,
sicut Dominus amat filios Israel.

15 Relatuum, & antecedens apud
Hebræos non possunt non conueni-
re, quum אָשֵׁר ascier, quod est relati-
uum, sit utriusque generis, & nume-
ri, nec per casus declinetur.

16 Est autem diligenter notandum,
relatuum interdum omitti, ac sub-
intelligi: sicut etiam aliquando omit-
titur, ac subintelligitur antecedens:
interdum autem subiungi relatio
pronomen, quod apud Græcos, &
Latinos, superuacaneum videretur.
Exempla, Iob cap. 19.v. 19. וְזֹה אֲהַבְתִּי
veze ahavti nephecu bi, וְhi
(quos, subintellige) diligebam, verbi
sunt in me. Genesis cap. 44. vers. 1. וַיֹּצֶן
אֶחָד אֲשֶׁר עַל־בַּיּוֹת לְאמֹר
vaijetsau eth a-
scier nghalbetho lemor, et præcepit (ei,
subintellige (qui super domum suam
præpositus erat, dicens. Genesis c. I. v. 11.
אֲשֶׁר זָרַנְגָּה bo, cuius semen
eius,

Etus in ipso sit. Psalm. i. vers. 5. כִּמְצָר אָשֶׁר תַּדְפִּנְךָ רוח cammots ascier iiddephennus ruach, sicut gluma, quam projicit eam ventus:

Appendix de Verbi constructione.

1 Verbum præter normam interdum conuenit genere, & numero cum posteriore nomine, quod regitur, etiam si sensu cum priore cohæreat. Gen. 4.v. 9. קֹול דְּמֵי אֲחִיךְ kol deme achicha tsongham, vox sanguinum fratris tui clamant, pro clamat. 1. Reg 2. vers. 4. תְּשַׁקְּ kesieth ghibborim chatim, arcus fortium fracti, pro חַתְּ chat, fractus.

2 Significatio verbi Habeo, effertur per verbum substantium הָיָה haja, fuit, ut apud Latinos, est mihi liber, est mihi pater, ut מִזְמְנָה וַיְהִי לְמִקְנָה vajehi lo mikne tsion, & fuit illi possessio pecoris. Sa- pe tamen hoc verbum omittitur, ut וַיְשַׁרְחָה vlesara ven, & Saræ filius, scilicet e-

Q 2 rit,

rit, li ספרים רבים, mihi multi libri, scilicet sunt.

3 Verbis quæ voluntatem, facultatēm-
ve significant, additur Infinitius, vel potius
Gerundium cum לְקַחְתָּ, non volui
לֹא לְאַחֲרֵצָתִי lekachta , non volui
accipere eam : lo
iacol Ioseph lehitappek , non potuit
Ioseph continere se. Interdum tamen
ל omittitur.

4 Infinitius, augendæ significationis
gratia, sui verbi præterito, aut futuro, saepe
proponitur : Imperatiuo vero postponitur.

vt ראה reo raithi, viden-
do vidi, בָּא יְבֹא, bo ia-
vo, veniendo ve-
niet, יְמַנוּ

שְׁמַעוּ sciamoangh scimnghu, audite
audiendo.

P A R S

20
DIALOGOS
PARS QVIN-
TA, DE POETICA

UNIVERSE,

Sive de Metris, & Canticis recentiorum Hebraeorum.

Vetus quidem Poetica Mosis, & Prophetarum hoc tempore penitus ignoratur. Veruntamen recentiorum Hebræorum Canticarhythmicis maximè versibus constant, quales fermè à plerisque proximis hisce sæculis condeban- tur: quos Leoninos appellant. Quoniam tamen ipsi quoque recentiorum Hebraici ver- sus certo aliquo tūm pedum, tūm syllabarū numero continentur, primum de syllabus, ac pedibus; deinde etiam de vario carminum, rhythmotumq; genere differetur.

Q 3 CA-

CAPVT I.

De Syllabis, ac Pedibus.

Syllabæ aliæ longæ, aliæ breues. Longæ quæ constant uno ex decem punctis vocalibus. Breues, quæ habent sceua mobile, siue simplex, siue compositum, scilicet cateph patach, vel cateph segol, aut sciurec initio dictinis ante literas labiales בּוּמָף bumaph, & ante alterum sceua, quum ponitur pro conjunctione.

2 Sceua quiescens, ut in lectione, ita etiam in carmine negligitur, cum syllabarum numerum non angeat, nisi per diæresim pronuncietur, aut per diastolen producatur, ut suis locis dicetur.

3 Patach necessitatis literis gutturalibus יְנַח in extremis dictionibus additum, in carmine propriam syllabam facit. Ergo מִשְׁא Masciach, Christus, יְמִשְׁא sciomeangh, audiens, tri-syllaba

syllaba habentur, quæ alioquin ratione accentus tantum disyllaba cēsentur: Idemq; de aliis eiusmodi dicendum.

4 Pedes, quibus in versibus vtuntur Hebræi, duo sunt: alter dicitur syllaba longa, vt תְּמִם tam, perfectus, לֹז lo ei. Alter dicitur יְתַחֵד jathed, clavis: qui duabus constat syllabis, longa, & breui, instar iambi, vt לְקָל lecha, tibi, עַמְוָד nghamod, stare, אֲמֹר emor, dic, רָאָה ree, vide, וְפָה uphe, & os. Porrò ex his duobus pedibus, Thenungha, & Iathed varie permixtis fiunt alij quatuor, qui nobis appellantur Spondæus — רְבָר davar, verbum: Bacchius — דְּכָרִים devarim, verba: Creticus — כּוֹרְמִים coremim, vinitores: Molossus — פְּרַשׂוּם parascim, equites. Per hos quatuor pedes, & Iambum, quippe voce, vsuq; notiores, Hebræorum carmina metiemur.

CAP. II.

De quibusdam versuum appellatiōnibus.

Ebraei plerique ad finem usque carminis binos versus coniungunt, ut in nostris elegiis, vel distichis fieri solet. Priorem versum, qui velut Hexametro respondeat, appellant *daleth*, *ostium*, quod per illud fiat ingressus in carmen. Posteriorem, qui Pentametri loco est, vocant *segor*, id est *clausulam*, quia versum claudit. Vtrumque vero coniunctum nominant *baiyth*, *domum*, nos distichon possumus appellare. Debet autem *segor*, vel subscribi versui *daleth*, ut in Latinis distichis fieri cernimus: vel si in eadem quoque linea, ob syllabarum paucitatem, scribatur, ita duobus crassioribus punctis distingui, ut per se singula spectari possint hoc modo:

מְרוּם שׁוֹלְרָת לְנֵן חַנּוֹן : *שׁוֹרְנוֹ אֲוֹתָךְ יְרִנּוֹן*

Mi-

Miriam scievvaladith lanu chen

Scirenu othac jerannen.

Maria, quæ peperisti nobis gratiam, carmen nostrum te laudabit.

2 Deniq; carmen continens בְּחִים battim, siue disticha pauciora quam decem, dicitur בְּסָוֶת pasuk, comprehensio, ambitus, Epigramma. Quod vero decem, vel plura complectitur, vocatur שִׁירָה scira, vel שִׁיר scir, canticum, siue carmen.

3 Tres aliæ versuum appellations in proximo capite explicabuntur.

CAPVT III.

De Rhythmo versuum.

H Ebrei recentiores ad sua carmina condenda rhythmum tamquam salem adhibere solent. Fit autem rhythmus tribus fere modis.

1 Ac primus quidem modus est, quum sole literæ simplices, nulla ha-

bita

bita punctorum ratione conueniunt,
vt דְבָרְךָ דְבָרְךָ *dever, davar, pestis, verbum,*
סֻם מַס *cos.mas, calix, tributum.* Porrò
hic rhythmus dicitur עֹבֵר *nghover,*
transiens, seu vulgaris: quod ita trans-
eat aures, ut vix agnoscatur. Rarò in-
uenitur, eo quod nihil ferme, artis ha-
bere videatur.

2 Secundus modus est ornatior,
quā in integra extrema syllaba, tūm
literæ, tūm puncta conueniunt, vt
בְּרַךְ דָּרָךְ *berec, derec, genu, via.* Atque hic
appellatur רַאֲיוֹן *raui, conspicuus.*

3 Tertius demū est ornatissimus,
quum duæ extremæ, vel plures syllabæ
literis, aut certè vocalibus simili-
ter cadunt. Atq; hic rhythmus pro-
pterea vocatur מִשְׁכַּח *mesciuccat, id est*
excellens, qui Hebræis est admodum
familiaris.

4 Porrò in his tribus rhythmorum
generibus ex literis, & vocalibus,
quæ pronunciantur, aut sono inter-
se

se sunt affines, vna pro alia non raro
ysurpatur, Ergo haec syllabæ:

אה עה : בָּא וְאַפָּא : צָא צָה :

רא רה רי : רָוּן רָוֹן :

rhythmum efficiunt etiam in Canticis Eliæ, qui in hac facultate vide-
tur facile princeps. Literæ autem affi-
nes, similisve soni, sunt haec:

שׁוֹצֵזֶה : בְּקָבּוֹתֶה : דְּתָתֶה : אַחֲה :

Et si quæ sunt aliæ.

CAPUT IIII.

De locis Rhythmi.

Ed jam videndum est, quibus locis rhythmus adhibetur. Ac primum quidem Segor vnius Baith, seu distichi, & Segor alterius eundem rhythmum per totum carmen habet: ita ut Daleth utriusque Baith ab omni rhythmico liberum sit hoc modo:

Elias in prefatione Tisbi.

אהיה קל בנטר וצבי Daleth

Se-

גַם עַז כְּנֵמֶר אָז לְבִיא Segor

אֲשָׁים פְּנֵי כְּחַלְמִיש Daleth

לְעַשֹּׂת בְּרַצּוֹן אָלִי אָבִיו Segor

Eie kal cannescier vrseui

Gam nghaz cannamer o laui

Asim panai cachallamisc

Langhasoth chirtson eli aui.

Ero velox sicut Aquila, & Hinnulas,

Et fortis sicut Pardus, aut Leo:

Ponam faciem meam sicut petram:

*Ad agendum iuxta voluntatem Dei
mei, Patris mei.*

2 Idem fit in his dimetris Latinis.

Agamus cuncti gratias

Nostræ salutis vindici:

Scelus vitemus peñimum,

Puri occurramus iudici.

Vt enim hîc vindici, & iudici, ita
ibi אָבִי, & לְבִיא laui, in segor rhy-
thmum similem efficiunt.

3 Nihil verò videtur obstare, quo-
minus etiam daleth vnius distichi, si-
ue בית baith cum daleth alterius in
rhy-

rhythmo finali conuenire possint.
Porro hoc carmen rhythmicum vo-
catur *scir kasciur*, carmen liga-
tum, quo Elias, & alij qui Epigram-
mata scribunt, frequenter utuntur.

4 Altera rhythmi ratio est adhuc
præstantior, quam Daleth, & Segor
in quolibet Baith, siue Disticho eun-
dem rhythmum finalem habent, ut

אָשָׁא לְבִי גַם כְּפִים	Daleth
אֶלְהִוְשֵׁב בְּשִׁמְיָם	Segor
מְכֻלָּרְעָה וַצְוִילָנוּ	Daleth
כִּיּוֹשְׁנוּ תְּמִיר עֹזְרָנוּ	Segor

Essa libbi gam cappaim,
El hajosciev basciarnaim
Miccol rangha iatsilenu
Chi iescno tamit nghezrenu.

*Extollam cor meum, & manus meas
Ad sedentem in caelis:*

Ex omni malo eruet nos,

Quia ipse est semper auxilium nostrum.

5 Atque hoc carmen κατ' ἔξχολων
dicitur *scir charuzi*, carmē rhy

thmicum, in quo vel singula Battim suum rhythmum habere possunt, ut in duobus proximis videre licuit: vel omnes versus, ad extremum usque carmen, eundem plane rhythmum retinent, atque ita similiter, desinunt. Exemplo sit secundum Canticum Eliæ, in quo versus omnes, qui numero sunt octo ac viginti, exeunt inti. Quidam carmen קָשִׁיר kasciur, & צָרָעִז charuzi, paulò aliter explicant. Verum quæ diximus, ex Eliæ sententia, atque aliorum, Poëticæ Hebraicæ magis videntur accommodata.

7 Tertia rhythmī ratio est quum duo Battim siue Disticha ita construi possunt, ut utriusque Segor eundem rhythmum finalem sortiatur, ut sit in carmine kasciur: utrumque vero hemistichium prius cuiusque segor similiter desinant, quæ dicuntur tres pausæ. Elias (ant. 5.)

אֶתְנָה אֶתְנָה בְּשֵׁם הַאֵל רֹעֵינוּ

וְהִי

לישר מעגליום: וחו יתנ ישע
 ודקדוק אביע לבבי אודיע
 פרטום וככללים כרגש אzieu

Achavve eth denghi besciem hale
 ronghi

Vehu itte iscnghi lejasscier mangha-
 galim

Levavi odiangh vedikduk abbiangh
 Beraghesc attsiangh peratim uchela-
 limi.

*Indicabo scientiam meam, in nomine Do-
 mini pascentis me.*

*Et ipsa dabit auxilium mihi ad dirigendos
 calles.*

*Cor meum erudiam, & Grammaticam e-
 ruabo,*

De raghes proponam propria, & vniuersa-

*8 Simile quiddam cernitur in his
 Latinis,*

*Quamquam tacet, multis placet,
 Raro jacet vir optimus.*

*Quicquid loquetur, despicietur,
 Nec coletur pessimus.*

9 Huius

¶ Huius porrò generis carmen appellatur שיר מחולק scir mechullak, carmen diuisum.

C A P. V.

De carmine simpli, & composito.

EX illa priore diuisione pedū Hebraicorum duplex genus carminis oritur. Nam quod è solis חננוֹת tenunghoth, id est syllabis longis constat, neque ullum sceua mobile recipit, vocatur פשׁוט pasciut simplex. Huius tantum unum genus visitatum reperitur, quod spondæis quatuor constat.

Elias Cant. 2.

אשירה נָה שיר נְכַבְּרוֹת
בָּאֵר הַטֶּב וּבָלִי חִידּוֹת

Ascirana scir nichbadoth
Baer hetev uveli chidoth.

Cantabo iam canticum rerum grauium,
Explicando bene, & sine ænigmate.

Appellatur etiam carmen quadratum

tum, eo quod ex duabus quadratis dimensionibus constet.

2 Quod autem partim ex ^{תנוּת} tenunghoth, partim ex ^{יתר} iated, conflatur, dicitur ^{שיד מרכיב} scir murechav, carmen compositum. De cuius generibus, ac dimensionibus proxime capite agemus.

C A P. V I.

De duodenigenti generibus carminis compositi.

Rimū quidem lambo constat & spondæis duobus.

קצתם עתיקים

קצתם נחשלים

Ketsatham nghattikim

Ketsatham nechficialim.

Quidam eorum (sunt) fortes,

Quidam eorum infirmi.

2 Secundum Spondæo lambo, & Spondæo.

רפה בחתפלל

R גרע

ירע בעינו אל

Raphe behithpallel

Ierangh benghene el.

Remissus in precando

Displicebit in oculis Dei.

3 Tertium Spondæo, Bacchio, &
Iambo.

ברא אלהים אנוֹשׁ

בן מריםו לרשׁ

Bara elohim enosc

Baggan merimo larosc.

Creavit Deus hominem

In horto, extollens eum in principem.

In fine Segor, seu clausulæ, mutatur etiam Iambus in Spondæum, ut
hic vides.

4 Quartum constat Cretico, Spō-
dæo & Iambo.

טוב יהושע שלח לי

חנוך קדוש בלבנו

Tou iehosciuangh scielach li
Chinnecha kadosc belibbi.

Bone Iesu mitte mihi

Gra

Cratiam tuam sanctam in cor meum.

5 Quintum Spondæo, & duobus
Bacchis.

יבש בקראי גדרון
דבק לחבי לשוני

Iavesc bekorei gheroni

Davek lechicchi lescloni.

Aruit in clamore meo guttur meum.

Adhaesit faucibus meis lingua mea.

6 Sextum Spondæo, Iambo, &
duobus Spondæis.

קומה אלhim עוזרתה
לי יוננה בצרתה

Kuma elohim nghezratha

Li vainghane battsaratha.

Surge Deus in auxilium

Mihi, exaudi in tribulatione.

7 Septimum Iambo, Spondæo,
Iambo, Spondæo.

אשר ילך כדרך רע

אבל קול אורהו ישמע:

Ascier ielec bederecrangh

Avalkol tsorarau ifcmangh.

R 2

Qui

Qui ambulat in via mala

*Sane vocem hostium (dæmonum) suo-
rum audiet.*

8 Octauum Iambo, duobus Spō-
daxis, & Bacchio.

סְהִלֵּל לְעוֹלָם אֱלֹהִים

אֲשֶׁר עָשָׂה עַמּוֹ חֲסָדִים:

*Mehullal langħolam elohim
Ascier nghażfa nighimmi chasadim:
Laudandus in æternum Dominus,
Qui fecit mecum misericordias.*

9 Nonum quatuor Creticis.

כָּל אֲשֶׁר מִעֲשֵׂי גָּדוֹלָה יְרוּשָׁהָלָם

בָּאמְתָה וּחֲמֹודָה טוֹבָךְ שְׁבָחוֹן:

*Col ascier mangħase gudlecha ja-
dengħu
Beemeth vachamud tuvecha sciv-
chu.*

*Omnis, qui opera magnitudinis tuæ intel-
lexerunt,*

*In veritate, & desiderio bonitatem tuam
prædicauerunt.*

10 Decimū Iambo, duobus Spon-
daxis,

dæis, Iambo, & Spondæo, tametsi
primo loco Spondæus, secundo etiā
Iambus esse potest.

בְּשָׁם אֶל חַי הַגִּין לְשׂוֹנָנוּ

בְּעֵוד רוח חיים באפנינו;

Besciem el chai hegjon lectionenu
Benghod ruach chajim beappenu;
In nomine Dei vivi sermo linguae nostræ
Quandiu spiritus vitae in naribus nostris.

11 Undecimum Spondæo, Iambo
Spondæo, Iambo, & Molosso, vel
Spondæo.

עַת שְׁעִירִי רְצֻוּן לְהַפְּרָתָן

חַיּוֹם אֲהִיכְפֵּי לְאֶל שׁוֹטָחוֹ;

Ngheth scianghare ratson lehippa-
theach

Hajiom chi cappai leel scioreach:
Tempus (est ut) portæ bona voluntatis a-
perianitur,

Hodie ero manus meas ad Deum expan-
surus.

12 Duodecimum Iambo, vel Spon-
dæo, Spondæo, vel Iambo, Iambo,

R 3 Spon-

Spondæo,Bacchio.

רָאוּ סְפִיר בָּהֹר שְׁפִיר וַיְפִיוּ

פְנֵי רְעִיוֹ מְבִישׁ הָוּ וְמְלַבִּיןּוּ

Reu sepher behod sciepher vejophj^d
Pene renghau mevajjesc hu umalbin
Intuemini librum in magnificentia, decore,
& pulchritudine eius,

Facies suorum sociorum confundit, & pal-
lidias reddit.

Elias in radicibus Kimchi. Sed
abest rhythmus.

13 Tertium decimum binis Spon-
dæis, & Iambis alternis, & Iambo.

כְפָא אֲבוֹ קָהָל וְשֶׁד עַלְיוֹן

מְכֻלָּל שְׁלִיחִים עִם עֹזֶר אֲבִינוּן

Chepha aui kahal vesar ngheljon
Miccol scielichim ngham nghazor
evjon.

Petre pater Ecclesiae, ac Princeps excelle
Præ omnibus Apostolis, populum iuuas-
pauperem.

14 Quartum decimum constat ex
quinque Bacchiis.

לְרָבָר

לְרַבֵּךְ תְּהִלּוֹת לְמִירִים לְכָו כָּל מִשְׁיחִים
וְהִי יְלָדָה אֱלֹהִים בְּתִימָה בְּחוּלִים:

Ledabber tehilloth lemirmjam lecu col
mescichim

Vehi ıaleda elohim bethummooth
bethulim.

Ad dicendum laudes Mariae venite omnes Christiani,

Quia ipsa peperit Deum in integritate virginitatis.

15 Quintumdecimum componitur ex primo: cuius idcirco metrum tantum duplicatur.

— — | — — | — * | — — | — — | — *

Huius generis duo disticha allata sunt supra extremo capite quinto, numer. 7. ex Eliæ cantico quarto pro carmine פְּחָלָק mechullak sive diuisio: cuius initium אֲחֹהָה achavve, indicabo, &c. quæ est tertia rhythmi ratio.

16 Sextumdecimum ternis Spōdāis, & Iambis alternis constat: hoc est Spondāo Iambo, Spondāo Iam-

R 4 bo,

bo, Spondæo Iambo.

לְיִתְعֹזֵר אַלְיוּוֹדִי יְחִזֵּק

הַנָּה בְּלִי עֹזֶרֶת אִינְגָע לְרוּק:

Litanghazor eli vejadi iachazik
Hinne beli nghezrathecha igangh
lerik.

*Me juua Deus meus , & manum meam
confirmā,*

Ecce sine ope tua labore inaniter.

17 Septimumdecimum Bacchio,
Iambo , Spondæo,Bacchio, Iambo,
Spondæo.

אמת אל אמת אתה ואס-לוֹא רָאִיתִךְ

וְאֹלָם בְּרוּב טוֹבֶךְ בְּכָל-עַת חֲסִיתִיךְ:

Emeth el emeth atta veim lo reithi-
cha

Veulā berov tuvach bechol ngheth
chasithicha.

*Veritas es tu Deus , veritas (inquam)
quod si non te vidi.*

*Tamen in multitudine bonitatis tuae sem-
per speravi in te.*

18 Duodeuigesimum , & postre-
mum

mum conflatur è Spondæo, Iambo,
duobus Spondæis, Iambo, vel Bac-
chio, & Spondæo.

את־רוּחַ קְרֹזֵשׁ אָנָּא שְׁלָת בְּנָו

כִּרְחֹו יִשְׁמַח בָּךְ בָּאמְתָה לְבָנָו

Eth ruchacha kadosc ana scielach
banu

Chi hu iesammach badad beemeth
libbenu.

*Spiritum sanctum tuum (Deus) obsecro
mitte in nos,*

*Quia ipse exhilarat duntaxat verè cor no-
strum.*

Admonitio.

I Hæc ferè sunt carminum genera, quæ
ab insignibus auctoribus vel usurpata sunt,
vel ad usum scribendi proposita. In quibus
si se hebraicæ linguae studiosus exercere
velit, præstat à quadrato, siue simplici,
omniumq; facillimo initium facere, atque
inde ad unum, seu plura ex compositis pro-
gredi, quæ cuiusque ingenio maxime ac-
commodata videbuntur.

R 5 2 Sunt

2. Sunt qui velint cuius liberum esse noua, & à superioribus diuersa carminum genera sibi excogitare. Verum quum tot, ac tam varia sint nobis iam à viris peritis huius linguae proposita, tutius erit horum se imitatorem profiteri, quam esse nouæ, ac fortasse temerariæ artis auctorem.

CAPVT VII.

De figuris versuum Hebraicorum.

Habent & Hebræorum versus suas figuræ: quarum nomina, & proprietas ex Latina prosodia iam nota esse omnibus debent.

I. *Synæresis.*

1 Reperitur hæc figura potissimum in sceua simplici mobili, atque in utroque composito, cateph patach, & cateph segol. De quibus hæc regulæ proponuntur.

2 Prima, Sceua simplex sub litera initiali, sub daghessata, & post punctum

Etum longum , frequenter cum sequente puncto coalescit , & cum eo vnam syllabam efficit , vt ex his triquis quadratis Eliæ versibus (Cant. 2.) intelliges .

במקום שורק שלוש נקודות

Bimkō sciurek scialosc nekuddoth.
In loco sciurek tria puncta, id est kibbutz.

Hic vox נקודות nekkudoth habens sceua initiale, spondæum efficit ; ac si scriptum esset נקודות nukdoth dissyl-labum.

ואבר עשר הנקודות

Vaavaer ngheser hannekuddoth.
Et explicabo decem puncta.

Vox נקודות hannekuddot habens sceua daghessata , trisyllaba est , quasi הנק. De trisyllaba vide sequentem regulam .

רק אם בטעם הן עומדות

Rak im battangham hen nghome-doth.

Nisi quando cum accentu consitunt , id est

vocales.

Vox נִגְמָרֹת nghomedoth habes sceua post longam vocalem, spondēum efficit, ac si esset עֲמָרֹת amarot.

3 Secunda, utrumque sceua compositum, cataph patach, & cataph segol, eodem modo, quo simplex, cum sequente puncto coalescit, & in unam syllabam contrahitur. Utriusq; exemplum habes in hoc versu quadrato Eliæ, Cant. 2.

רְפּוֹת אַחֲרֵי הַזְּנֶגֶדּוֹת

Raphot achare hen neeghadot.

Raphata tum congregantur.

Hic vox אַחֲרֵי disyllaba est, quasi אַחֲרֵי achre, & נְאַגְּדּוֹת נְאַגְּדּוֹת trisyllaba, quasi אַחֲרֵי negadot. Huc etiam spectat vocabulum וְאַבָּאֵר paulò ante in exemplo propositum. Est enim ex hac regula trisyllabarum, perinde ac si scriberetur וְאַבָּאֵר vabaer.

2. Diæresis.

1 Sceua quiescens post punctum breue,

breue, nonnunquam metri necessitate fit mobile, ita ut à suo puncto, & litera præcedente, cum qua in una syllaba cohærebat, penitus distrahatur, ut *בְּלָם כִּאֵת נַחֲלָקָן וַיַּהֲיוֹ*

Cullani cheechad nichleku vaji heju.
Omnes sicut unus diuiduntur, & erunt,
&c. Hic וַיַּהֲיוֹ fit quadrisyllabum pro
וַיַּהֲיוֹ vajju, trifyllabo. Est enim car-
mén generis xvj.

3. *Eclasis, siue Diabole.*

1 initiale positum prq, copulatio, per hanc figuram (siue sequatur sceua litera, siue non) producitur, ut Cant. 2. quadrato Eliæ.

בָּאֵר הַטֵּב וּבְלִי חִידּוֹת

Baer hetev uveli chidoth.

Explicare bene, & siue enigmata.

Et ibidem, *וּמְדֻגָּשׁ חָן נְפָרָדוֹת*

Vmiddaghesc hen niphradoth.

Et à daghes separantur.

In priore versu, *וּבְלִי*, & in posteriore producit initiale, quod
alio-

alioquin breuem syllabam facere solet, ut diximus suprà cap. i. nu. 1. hujus partis.

2. Sceua simplex mobile produc videtur in voce בַּיּוֹד Cant. 7. Eliæ, disticho 9. quod est decimi generis carmen.

ובאשר בַּיּוֹד יְהִי חִירֶק

Vechaascier bei od jie chirek

Et quando in Iod fuerit chiric.

Nisi malis elidi Iod, & patach sceua produci, quod minus probabile videtur.

4. *Tmesis duplex.*

Prior.

1 Hebræi suos versus non semper continent, & omnino cohærēti syllabarum serie scribūt, more Latino-rum: sed singulos pro pedum multitudine, modò in duas, modò in tres, modò in quatuor regiones, seu spatia diuidunt, salua tamen eadem prolsus integritate, & ratione metri-ca,

ca. Atque harum regionum initium
plerumque facit יתך siue Iambus, qui
partes versus aliquo interuallo di-
stinguit, ut Elias Cant. 1.

אָשָׁה לְבָבִי נָא אַלְיָ בְּפִים

אַלְ—אַל אֲשֶׁר חִסְרוּ בְּהַשְׁמִים

Essa leuauai na ele cappaim.
Ele ascier chasdo, behasciamaim.
Leuabo cor meum nunc ad manus
Ad Deum cuius misericordia in cælis.

Nota ḥ demonstratiuum post
in voce vltima.

2 Quod si יתך hic incidat in me-
diam dictionem, distrahitur illa per
Tmesin interposito signo conjunc-
tionis instar maccaph, & quicquid
est ante illud cum antecedentibus
connectitur: ita ut יתך sit initium no-
uae regionis, ut in his tribus exemplis
videbis Eliæ, Cant. 7.

שְׁבָא זֶה יֵצֵא מ־בְּלֵל הַנָּה

Scieua ze ietse mi velal hinne.

Scena transgreditur regulam hanc ecce.

יקד

יְקַרְמָתוּ חִמְשָׁה הַגְּדוֹלִים
Iekadmuhu chamiscia hagghedolim
Præcedent ipsum quinque magna.

לֵי יְעֹזֵר בַּיּוֹם וַיְהִי כָּזֵק
Li janghazor caijō vejadi ia chazik.
Mibi auxiliabitur iuxta diem, & ma-
num meam roborabit.

3 Idem fit in carmine quadrato ob
solam versus aliquam distinctionē,
etiam si illud Iambum non habeat,
vt Cant.2.

אָחָז מִנְיָעָז וּמִנְדָּח
Otho meni nghoth vmenaddoth.
Ipsum mobile reddunt, atque commouent.

Prior hæc Tmesis ad vnam scri-
ptionis elegantiam videtur pertine-
re.

Posterior Tmesis.

4 Integra dictio interdum ita di-
strahitur , vt prior illius pars præce-
dentem versum finiat, posterior ve-
rò sequentem inchoet, vt Cant.1.E-
liæ disticho 4.

תלון

הלוֹךְ וַדּוֹן נִקּוּד וְאָוֹתִיּוֹת וּמִשְׁנָה

פֶּטֶם לְאוֹר אֲוֹצֵיאָה בְּכָהָרִים

Hilluc vedin nikkud veothijoth v-
misc.

patam leor otsi chetsaharam.

*Usum, & jus punctuationis, & notarum,
Et indicium eorum in lucem proferam, ut
meridiem.*

5 Sic apud eundem Cant. 4. disti-
cho 6. distrahitur in duobus versibus
hæc vox וְלֹשֶׁן & felicitas.

6 Verum hæc posterior Tmesis
minus frequens est in carmine: in o-
ratione autem soluta locum non ha-
bet, etiam si apud Latinos, Græcosq;
nusquam non obvia sit. Hebrei e-
nim, quando unus versus, vel, ut ap-
pellant, linea orationis solutæ voca-
bulum integrum ob spatij angustias
capere non potest, relicta, ibi una,
vel pluribus ejus literis tanquam ob-
sidibus, totum in proximè sequenti
versu seponunt, hoc modo:

S קמְפָן

קָמֵץ הַגָּדוֹל נִקְרָא בַּיִם אֲרָם יַקְמֵץ
פִּיוּהוּ בְּמַבְטָאוֹ וְהוּ מִזְרָכְבּוּ מִהְפְּתָחָה וּ
וְהַחְלָם תְּחַת הָאוֹת כְּמוֹ וּזְחָה

Kamets haggadol nikra chi haadam
ikmats

Pihu bammivtao venu murcav me-
happathach

Vehacholem tachath haoth chemo
va za cha.

*Kamets magnum vocatur, quia homo
colligit os suum in prolatione ipsius. Est au-
tem compositum ex patach, & cholem, sub
litera, ut va, za cha.*

Notatio.

*Si syllabæ, hac posteriore Tmesi resecan-
da, habeant daghes forte, non sit distra-
ctio: sed integra dictione ibi relicta (eo quod
daghes forte initio sequentis versus proferri
non possit) ille prior versus fit hypermeter,
syllabam habens superuacaneam: quæ ta-
men referenda sit ad initium sequentis
versus, cuius iccirco prima syllaba deside-
ratur.*

ו שמח

ישׁמַח וַיִּשְׁתַּחֲבֹר בָּגְבֹור

בָּעֵת שְׁלֹׂוֹף חֶרְבוֹן

Iscmach vejascisc cheghibbor

Ngheth scieloph charbo.

Caudebit, & exultabit sicut Cigas

Tempore educendi gladium suum.

9 In hoc disticho, quum dalet sic
tertij generis, superest syllaba בָּגְבֹור ad-
denda sequenti segor: cui vna deest
syllaba, quum sit secundi generis. E-
iusmodi tamen hypermetri versus
cognoscendi sunt studiosis potius,
quam imitandi.

C A P. VIII.

*De coniunctione versuum diuersi
generis, & de cæsura.*

TSi in carminibus Hebreorum plerumque ad finem usq;, tūm daleth, tūm segor, atque adeò omnes versus ejusdem sunt generis, ut Latinorum, & Græcorum hexametri, tamen licet etiam

S 2 in

interdum duo versuum genera uno
distichon *bair* ita conjungere, ut
Daleth suum genus habeat propriū,
& Segor similiter suum more elegia-
rum: in quibus prior versus est he-
xameter, posterior verò pentameter.

2 Ergo si Daleth, & Segor vnius
sint generis, carmen dicetur Mono-
colon: si duorum, Dicolon. Trium
verò vel plurium generum versus vix
conjungi solent propter rhythmum.

Exemplum Distichi Monocoli.

Elias Cant. 8.

חֹק וְאָמֵץ בְּנֵי וּלְמֹד זָמִיר זָה

מִפְרַשׁ דָּרוֹן מִשְׁרָתָל־מֶלֶכִים

Chazek veemats beni v'lmod zemir
ze

Meparesc din mesciareth li mela-
chim.

*Confortare, & esto robustus fili mi, & di-
isce canticum hoc,*

*Quod exponit iudicium ministrans (mi-
nistrantium) regibus.*

Hic

Hic tūm Daleth, tūm Segor sunt
carmina secundi generis.

Exemplum Distichi Dicoli.

Elias Cant. 3.

עֹז יְשִׁנְקָה וּמְשֻׁרְתָּלְכּוֹלָם הַז עֹז

אֲשֻׁרְךָ בָּה שִׁירֹתָ נְעַמּוֹת

Nghod iesc nekudda vmesciareth
lechullam hen nghod.

Aſciorer ba sciroth nenghamoth.

Est quoque punctum, quod omnibus seruit:
Et adhuc canam de eo cantica plura.

Hic Daleth est generis duodeui-
gesimi: Segor verò octaui.

3 Cæſuræ nulla, vel certè perexi-
guæ, habetur ratio, quum sæpe sin-
gulis pedibus singula vocabula tri-
buantur præsertim quæ à sceua mo-
bili inchoantur. His enim tanquam
incisis, ac membris Hebræi distingui
versus elegantes existimant. Quare,
si adsit cæſura, usurpanda, si absit,
haud laboriosè querenda.

F I N I S.

S 3



EXERCITATIO GRAMMATICA

IN PSALMVM

XXXIII.

Secundūm Hebræos xxxiii.



AVCTORE

*R. P. Roberto Bellarmino Societatis Iesu,
jam S. R. E. Cardinali.*

Numeri, qui in hac Exercitatione
passim citantur, nostræ Grammaticæ
respondēt: quorum primus partem,
secundus caput, tertius particulam,
seu paragraphum capitis indicat.



*Psalmus Alphabeticus trigesimus-
tertius, secundum Hebreos
trigesimus quartus.*

מָזְמֹר לְדָ

לְדוֹר בְּשִׁנּוֹתָו אֶת־טַעַמָּו לְפָנֵי אֱבִימָלֶךְ
וַיַּגְרַשׁ הַוִּילָה:

ברכה את יהוה
בכלי ערג תפין
תהלך בפי:
כיווחה תהלל נפשי ישמעו
ענווים וישמחו: גדו ליהוה
אתך ונרו ממה שמו ייחדו:
דרשתי את יהוה וענני ומקל
מנורותי הצלני: הבינו אליו
וחכ

S 4

וְנַחֲרוּ וּפְנִיחָס אֶל-יְחִיפָּרוֹ:
 זֶה עַבְדִּי קָרָא וַיְהִי שָׁמָעׁ וּמְבָלֵת
 צָרוֹתִיו הָשִׁיעָנוּ: חֹנֶה מְלָאָךְ
 יְהֹוָה סָכִיב לִירָאִיו וּמְחַלְצָם:
 טָעַמְנוּ וּרְאוּ כִּירְטוֹב יְהֹוָה אֲשֶׁר־
 הָגָבָר יְחַסֵּה־בָּבוֹ: יְרָאֹו אֲתִי־יְהֹוָה
 קְדוֹשָׁיו כִּי־אֵין מְחַסּוֹר לִירָאִיו:
 כְּפִירִים רַשְׂוֹ וּרְעַבְוֹ וּדְזַרְשִׁי יְהֹוָה
 לֹא־יְחַסְּרוּ כָּל־טֹובָה: לְכֻדְבָנִים
 שָׁמָעוּ־לִי יְרָאֹת־יְהֹוָה אֶל־מְדָכָם:
 מִיְהָאִישׁ הָחַפֵּץ חַיִים אֲוֹהָב יָמִים
 לְרָאֹת־טֹובָה: נְצֹר לְשׁוֹנָךְ
 מַרְעָע וּשְׁפָתִיק מְדָבֵר מְרַמָּה:
 סּוֹר מַרְעָע וּשְׁחַח־טֹוב בְּקַשׁ שְׁלוּם
 וּרְדָפָחוֹ: עִינֵי־יְהֹוָה אֶל־עֲדִיקִים
 וְאֵזֶן

וְאָנוּ אֶל-שׁוּעָתָם:
פָנִי יְהֹוָה בָעָזֵב רֹעַ לְהַכְרִית
מַארְץ זָכָרָם: עַקּוֹ וַיְהֹוָה
שָׁמָע וּמְכֻלָּעֲרוֹתָם הַצִּילָם:
קָרוֹב יְהֹוָה לְנַשְׁבְּרִיאָלָב וְאֶת-
דְּכָאִידָרָה יוֹשִׁיעַ: רַבּוֹת רְעוֹת
צְדִיק וּמְכֻלָּם יַעֲלֵנוּ יְהֹוָה:
שׁוֹמֵר בְּלָעָצְמוֹתָיו אַחַת מִחְנָה
לֹא נַשְׁבְּרֹהָה: תְּמוּתָת רְשָׁע
רְעה וְשׁוֹנְאי צְדִיק יַאֲשָׁמוֹ:
פּוֹרֹהָה יְהֹוָה נְפֵשׁ עֲבָדָיו וְלֹא
יַאֲשָׁמוֹ בְּלַחֲזּוּסִים בָוֹ:

S S EXER-


EXERCITATIO
GRAMMATICA IN
PSALMVM XXXIII.

Secundum

Hebræos trigesimumquartum.

א

VERVS I.

semper	tempore omni in	Domiu[m] Benedicam
תָמִיד	בְּכָל־עַת	אָכְרָכָה אֶת־יְהוָה
tamid	nghet chol be	Adonai eth Anarecha
	in ore meo.	laus eius
	בְּפָיו	תְּהִלָּתוֹ
	rephi.	tchillatho

אָכְרָכָה] *Benedicam*. Est prima persona singularis futuri à verbo בָּךְ in conjugatione Piel. Itaque prima litera נ est formativa primæ personæ futuri, vide in Gr̄amatica, parte 3, cap. 2.nu.8. Deberet autem hæc litera habere sub se sceua simplex, id enim requirit coniugatio Piel: tamen habet sceua compositum, quia literæ guttur

turales , qualis est **N**, non patiuntur
 sub se initio dictionis sceua simplex.
 vide par. 1. cap. 2. nu. 2. Secunda lite-
 ra **ɔ** est prima radicalis , & habet sub
 se camets, non patach , vt coniuga-
 tio Piel requireret , quia sequens lite-
 ra deberet habere daghes forte, quod
 est signum coniugationis Piel, cuius
 tamēn non est capax , & propterea
 suppletur per longam vocalem præ-
 cedentem. vide par. 3, capite 2, con-
 jug. 3, numer. 3. Linea quæ sequitur
 post camets, est accentus rhetoricus,
 qui dicitur Metheg , cuius officium
 est retinere syllabam , sine quo illud
 camets non esset camets , sed camets
 chatuph. vide par. 1, cap. 2, num. 2: &
 par. 1, cap. 6. nu. 1. Tertia litera, quæ
 est **ŋ**, est secunda radicalis , & debe-
 ret habere sub se punctum tsere , sed
 habet sceua mobile propter **n** super-
 additum in fine , de quo mox dice-
 mus. Quarta litera, quæ est **ɔ**, est ul-
 tima

tima radicalis, & habet sub se camets propter sequērem literam, nam alioqui sceua quiescens habere deberet hoc modo, אַבְרָךְ. Ultima litera est paragogica, ornatus gratia superaddita. vide par. 3. cap. 7, nu. 2.

תְּאֵן] Est articulus accusatiui casus, par. 2, cap. 2. Linea sequens, est accentus rhetoricus, qui dicitur Maccaph, coniungit vnam dictionem cum altera. vide p. 1, cap. 6, nu. 1. & præterea puncta longa mutat in brevia, ut hoc loco תְּאֵן (sic enim scribitur sine Maccaph) mutat in תְּאֵן. vide par. 2, capit. 5. num. 2.

תְּהִוֵּה Nomen est proprium Dei, cuius radix est תְּהִוֵּה, quod verbum significat, fuit. Itaq; prima litera, quæ est jod, est formatiua nominis proprij, vide par. 2, cap. 2, ap. Reliquæ tres literæ radicem ipsam exprimunt, nisi quòd loco jod, quæ esse debuit secunda radicalis, ponitur vau. Sunt enim

enim hæ literæ permutabiles. Sanè pronunciatio hujus nominis vera, atq; germana ignota est: & idcirco qui primi puncta vocalia repererunt, quum hujus vocabuli sonum proprium ignorarent, puncta ei aliena, id est, nominis אָדוֹןְ subjecterunt, nimirum vbi hoc nomen אָדוֹןְ inueniremus, per aliud nomen Dei, sonum ejus efferrimus. Neque nos mouere debet quòd in voce אָדוֹןְ primum punctum est sceua compositum: in voce autem אָדוֹןְ sceua simplex. Id enim ex eo accidit, quod nec & initio dictionis sceua simplex ferre possit, quū sit gutturalis litera, nec jod sceua compositum sub se vñquam habere soleat. Quod verò alioqui puncta nominis אָדוֹןְ sint ipsa puncta nominis אָדוֹןְ , & Adonai legendum sit, non Iehova, quum occurrit nomen Dei אָדוֹןְ, quatuor rationibus ostendi potest. Primum quidem quia vbi-
cunq;

cunque simul occurunt hæc duo nomina, ne cogamur bis dicere Adonai, ipsi nomini יהוה puncta subjiciuntur nominis אלֹהִים, ut initio Abdijæ Prophetæ אָדָנִי יהוּה, & in fine Habacuc, יהוּה אָדָנִי חִילֵי. Deinde quia si præcedat hoc nomen litera seruilis, ב, vel ב, vel ל, aut נ, non scribitur, בְּיְהֻוָה, בְּיְהֻוָה, לְיְהֻוָה וְיְהֻוָה, ut secundum regulas scribendum esset, si Iehoua pronunciaremus, sed בְּיְהֻוָה בְּיְהֻוָה, לְיְהֻוָה וְיְהֻוָה, ut nomen ipsum Adonai requirit. vide par. 4, c. 2, nu. 10. Tum quia post כְּפַת literæ recipiunt daghes lene, ut in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidem ultima litera vocis Iehoua est נ quiescens, ultima vero vocis Adonai est י mobile. Literæ autem illæ initio dictionis semper habent daghes lene, nisi præcedat litera quiescens. vide

de par. 1, ca. 4, Ap. Cur denique Pro-
uerb. 16. 16. scribitur מִיחָה ? nisi quia
pronunciatione huius vocis, post מ
sequitur נ, quæ litera non est capax
daghes, & ideo verti debet chiric in
tsere sub litera mem. vide par. 4, cap.

2, num. 7. & 9. Neque verò Rabbini<sup>Rabbini pū
ctorū inue-
tores.</sup>
punctorum inuentores primi sunt,

qui nomen Dei יְהוָה per אֱדֹנִי efferre
cœperūt. Siquidem S. Hieronymus,
istis Rabbinis antiquior, Exod. ca. 6,
ver. 3, ita vertit illa Hebraica verba,
וּשְׁמֵי יְהוָה לֹא נָרוּצָתִי לְהַם:
Adonai nō indicauit eis. Origenes quo-
que, B. Hieronymo vetustior, in tetra-
plis atq; hexaplis suis in ea columnā,
in qua voces Hebraicas Græcis lite-
ris descripsit, ubique pro יְהוָה אֱדוֹןָא
posuisse fertur. Ipsi etiam Lxx. vetu-
stissimi interpretes semper nomē יהוָה
per κύρων reddiderunt, quod Latinè
Dominus, Hebraicè אֱדֹנִי dicitur, &
quod est omnium maximum, Chri-
stus,

stus, & Apostoli, quum saepe ex testamento veteri proferant testimonia, in quibus hoc nomen continetur, nunquam tamen Iehoua dixerunt, sed semper Dominus: quum tamen alia nomina propria suis vocibus expresserint, ut Adam, Noe, Abraham, Euam, Saram, Mariam. Deni-
Nomen Ie-houa apud veteres in que apud veteres omnes inauditum auditum.
 que apud veteres omnes inauditum fuit semper nomen Iehoua: & licet aliqui nomen יהוָה per Iaho, ut Clemens Alex.lib. 5. Strom. Macrob.lib. 1. Saturnal.cap. 18. & Diodorus Siculus lib 1.Bibliothecæ: aliqui per Iaue, aut Iah, ut Theodoretus q. 15.in Exodum, exprimi posse crediderunt, plures tamen hoc nomen τετσαγέριμαρν, & αἴρητον, atq; αἰνένθωντον vocarunt. Vide Orig. hom. 14. in lib. Num. Euseb.l. 11. de præpar. Euan. cap. 8. Greg. Nazianz oratione 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exo. Hieron. epist. 136. ad Marcellam, & in

in cap. 16. Ezech. Non displicer tam
men eorum coniectura, qui nomen
hoc nihil aliud esse credunt, nisi ter-
tiam personam futuri verbi substanc-
tiui, & hunc in modum scribi, & ef-
ferri debere, יְהִי jihje, quod signifi-
cat, erit, siue erat, siue est, quod pro-
priè Deo soli conuenire docemur
Exodi 3.

ל in omni. Litera ל, cum sceua
mobili deseruit loco præpositionis
in. vide par. 4, cap. 2, nu. 2. Vox autem
כָל käl est nomen indeclinabile, signifi-
catq; omne, totum, vniuersum, in
quolibet genere, numero, & casu.
Deriuatur per detractionem vnius
literæ à verbo בָל bäl, quod significat,
perfecit. vide par. 2, cap. 2, ap. Per de-
tractionem, &c. & si quidem non se-
quatur accentus maccaph, scribitur
per cholem, si verò sequatur, ut hoc
loco, scribitur per camets chatuph,
כָל. vide par. 2, cap. 2, nu. 5.

T ny

ny *tempore.* Nomen est deriuatum formatum per detractionem à radice **ny**, quod est, inuertit, quia tempus videlicet omnia mutat, & inuertit. Sed fortasse verius dicemus radicem eius esse **ny**, quod verbum non est amplius in uisa. Nam in plurali **ny** facit **ony**, ubi punctum daghēs indicat defectū alterius tau radicalis, vide par. 2, cap. 5, nu. 5. Porro furcula inuersa quæ subiecta est huic voci **ny**, est accentus distinguens medianam periodum, diciturq; athnach. vide par. 1, cap. 6, num. 4. Secundus est, &c.

תָּמִם *semper.* Adverbium temporis est, significatq; quotidie, semper, jugiter. vide par. 4, cap. 1. nu. 3. Est etiam nomen significans quotidianum, continuum, juge.

תְּהִלָּה *laus eius.* Nomen est femininum cum pronomine affixo tertiae personæ. Radix est **תְּהִלָּה** laudavit, inde

inde sit nomen הַלְּהָ, laus, ubi tau est
litera formativa nominis. vide par. 2,
cap. 2, ap. & par. 4, cap. 2. nu. 5. Litera
הַ & לְ sunt prima, & tertia radicalis:
secunda radicalis deest, sed loco eius
est dages forte in tertia. Postrema
litera he cum praecedente camets, est
signum generis foemini, vide par.
2, c. 1. n. 3, Foemina, &c. in regimine
genitiui vertitur he in tau, & pro
הַהְלָה, dicitur הַהְלָה. vide par. 2. capit. 1.
nu. vlt. At in nominibus, &c. Addito
autem pronomine affixo, redit ca-
mets, & sit in הַהְלָה laus eius. vide par. 2.
cap. 4, & 5.

[בְּ] in ore meo. Litera בְּ est præpo-
sitio, in, ut suprà diximus, & caret da-
ghes leni proptet praecedentem lite-
ram quiescentem. Vox autem יְהָ est
nomen cum affixo pronomine pri-
mæ personæ. Radix est יְהָ, os, ac tūm
in regimine simplici. tūm cum affixo
primæ personæ facit יְהָ, in plurali יְהָ,

T 2 ora,

ora. vide par. 2, cap. 5, nu. 9. Sicut etiam duo, &c. linea subiecta huic vocis פִּי, est accentus distinguens integrum periodum, dicitur q; soph passch. vide par. 1. cap. 6. nu. 3. Primus dicitur, &c.

ב

VERSVS II.

audient	mea anima:	laudabitur	In Domino
ישמעוּ	נֶפְשָׁי	תְּהִלָּל	בִּיהוּה
semenghi	naphsci	tithhallet	Badonai
		lætabuntur. &	mansueti
	וַיְשַׁמְּחוּ	עֲגֹנִים	
	veysmachi	nghianavim	

בִּיהוּה] In Domiuo. Litera ב seruit loco præpositionis in, יהוה est nomen Dei, de quo suprà diximus.

תְּהִלָּל] laudabitur. Est tertia persona futuri, generis fœminini, verbi הִלָּל in conjugatione Hithpael. vide par. 3, cap. 2. Quia verò verba in conjugatione Hithpael significat actionem in seipsum, ideo תְּהִלָּל significat laudabitur anima à se ipfa, sed in Do-

Domino, non in seipsa, id est laudando Dominum, seipsam quodammodo laudabit, quum laus Domini in seruos etiam redunderet. Nisi magis placeat. hic laudari accipi, pro latari, & gloriari.

] *נֶפֶשׁ anima mea.* Nomen est fœmininū cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est ipsum nomen נֶפֶשׁ, anima, & cum affixo נֶפֶשׁ, anima mea. De ista punctorum mutatione vide par. 2, cap. 5.

] *ישמעוּ audient.* Tertia persona est futuri, numeri multitudinis, verbi יִשְׁמַע in conjugatione Kal: sicut enim à fit לִמְדֹת, ita à יִשְׁמַע audiuīt, sic יִשְׁמַע audient, vide par. 3, c. 2. Quia tamen Hebræi carent imperativo tertii personæ, & pro eo usurpant futurum, idcirco noster interpres recte vertit, audiant.

] *עֲנוֹנִים mansueti.* Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix

T 3 est

est **מַנְיָה**, quod verbum significat, respondit, humilis, pauper, mitis fuit. Inde fit nomen **מַנְיָה**, mitis, mansuetus, humilis, ubi **וּ** est loco **וְ** ultimæ radicalis, in plurali **מַנְיִים**, sicut **אֶבֶרְ**, fit **דְּבָרִים**, nisi quòd sub prima litera vocis **מַנְיָה** est sceua compositum, quia nghain est litera gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulare, vide par. 2, cap. 1, num. 1.

וְיִשְׁמַחוּ & latentur. Litera **וְ** est servilis, significatq; hoc loco, &c. vide par. 4, ca. 2, n. 10. Quartò est nota, &c. Vox autem **וְיִשְׁמַחוּ** est tertia persona pluralis futuri, verbi **וְיִשְׁמַחֵ**, in conjugatione Kal. Debuit autem secundùm regulam scribi **וְיִשְׁמַחוּ**, sicut **וְיִשְׁמַעְ**; tamen propter accentum soph passch, qui indicat finem periodi, mutatum est sceua secundæ radicalis in camets. Hoc etiam loco pro futuro, latabantur, rectè vertit Interpres per modum imperandi, latentur, quòd

ca-

careant Hebræi tertia persona imperatiui.

ג

VERSVS III.

exaltemus &	mecum;	Dominum	Magnificate
ונרוממה	אתִי	לְיְהוָה	גָּדֹלָה
ut seruimus	itti	ladonai	Gaddelu
	pariter.	ejus nomen	
	יְחִדָּה:	שְׁמָוֹן	
	iachdau.	sciendo	

גָּדֹל Magnificate. Est secunda persona numeri multitudinis, modi imperatiui, verbi גָּדֹל, in coniugatione Piel. Itaque גָּדֹל significat, magnus fuit, in Piel גָּדַל, magnificavit, in imperativo גָּדְלוּ, magnificate, sicut גָּמָר. vide par. 3, c. 2, coning. 3.

לְיְהוָה Dominum. Litera ל est seruialis, deseruitque hoc loco pro articulo accusatiui casus, vel potius verbum גָּדֹל datiuo jungitur. vide par. 2, ca. 1. Deinde יְהִזְהָה dictum est.

אֶתְּנִי mecum. Præpositio est cum affixo pronomine primæ personæ

T 4 Nam

Nam **תְּ** est præpositio cum, vide par. 4, cap. 1, num. 22, & recipit affixa more nominum, vide par. 4, cap. 1, num. 23.

[**וְגַדְלֵנִים**] *& exaltemus*, Litera **וְ** seruila est, significans, &. Habet autem punctum in ventre loco sceua, propter aliud sceua sequens. vide par. 4, cap. 2, num. 11. Vox **נֶרְזָמָה** **אֲרֹם** est prima persona pluralis futuri in Piel, à verbo **רוֹם**, cum superaddito **וְ** paragogico. Radix ergo est **רוֹם**, quod est verbum ex quiescentibus nghain vau, & significat exaltauit. In Piel, siue Poel facit **רוֹם** exaltauit, in futuro **אֲרֹם** **רוֹם** **תְּרוֹם** **נֶרְזָמָה**: addito autem **וְ** paragogico fit **נֶרְזָמָה**, exaltabimus, vel exaltemus, de more Hebreorum, qui per futurum expriment etiam imperatiuum.

[**וְשָׁמַן**] *nomen eius*. Nomen cum affixo tertiae personæ. Radix est **שָׁמַן**, & cum affixo **וְשָׁמַן**, nomen ejus. vide par.

par.2, cap.5, num. 10.

] *pariter*. Aduerbium à radice יְחִרָה, quod verbum significat con-jungere. Inde enim sit aduerbium יְחִרָה, & יְחִרָה, pariter, simul. vide par.4, cap.1, num. 19.

ל

VERSVS IIII.

omnibus ex & me audiuit: & Dominum Quæsi*m*
וּפְכַל וְעַנְנֵי דַרְשָׁתִי אֶת־יְהֹוָה
vmiccol vengbanani Adonai eth Darasheth
me liberauit. meis, paucibus
הַצּוֹלָנוּ מְגֻרוֹתִי
hitfilani megurothah

] *Quæsimi*. Prima persona sin-gularis, præteriti, verbi שָׁרַץ, in con-jugatione kal, sicut לְמַדְתָּךְ. vide par.3, cap.1, conjug. 1.

